12	0.	48	42	2.	48	180	12.	0
13	0.	52	43	2.	52	190	12.	40
14	0.	56	44	2.	56	200	13.	20
15	1.	0	45	3.	0	210	14.	0
16	1.	4	46	3.	4	220	14.	40
17	1.	8	47	3.	8	230	15.	20
18	1.	12	48	3.	12	240	16.	0
19	1.	16	49	3.	16	250	16.	40
20	1.	20	50	3.	20	260	17.	20
21	1.	24	51	3.	24	270	18.	0
22	1.	28	52	3.	28	280	18.	40
23	1.	32	53	3.	32	290	19.	20
24	1.	36	54	3.	36	300	20.	0
25	1.	40	55	3.	40	310	20.	40
26	1.	44	56	3.	44	320	21.	20
27	1.	48	57	3.	48	330	22.	0
28	1.	52	58	3.	52	340	22.	40
29	1.	56	59	3.	56	350	23.	20
30	2.	0	60	4.	0	360	24.	0

TABULA XXIII.

Converſio partium Æquatoris in Tempus Solare medium.

Grad. Min. Sec.	Hor. Min. Sec. Min. Sec. Tert. Sec. Tert. Quart.	Grad. Min. Sec.	Hor. Min. Sec. Min. Sec. Tert. Sec. Tert. Quart.	Grad.	Hor. Min. Sec.
1	0. 3. 59	31	2. 3. 39	70	4. 39. 14
2	0. 7. 58	32	2. 7. 39	80	5. 19 7
3	0. 11. 58	33	2. 11. 38	90	5. 59. 1
4	0. 15. 57	34	2. 15. 38	100	6. 38. 54
5	0. 19. 56	35	2. 19. 37	110	7. 18. 47
6	0. 23. 55	36	2. 23. 63	120	7. 58. 42
7	0. 27. 54	37	2. 27. 37	130	8. 38. 35
8	0. 31. 53	38	2. 31. 35	140	9. 18. 28
9	0. 35. 52	39	2. 35. 34	150	9. 58. 22
10	0. 39. 52	40	2. 39. 33	160	10. 38. 15
11	0. 43. 52	41	2. 43. 32	170	11. 18. 8
12	0. 47. 51	42	2. 47. 32	180	11. 58. 2
13	0. 51. 51	43	2 51. 31	190	12 37. 55
14	0. 55. 50	44	2 55. 30	200	13 17. 48
15	0. 59. 50	45	2. 59. 30	210	13. 57. 42
16	1. 3. 49	46	3. 3. 29	220	14. 37. 35
17	1. 7. 48	47	3. 7. 28	230	15. 17. 28
18	1. 11. 47	48	3. 11. 27	240	15. 57. 23
19	1. 15. 47	49	3. 15. 27	250	16. 37. 16
20	1. 19. 46	50	3. 19. 27	260	17. 17. 9
21	1. 23. 45	51	3. 23. 26	270	17. 57. 3
22	1. 27. 45	52	3. 27. 25	280	18. 36. 56
23	1. 31. 44	53	3. 31. 24	290	19. 16. 49
24	1. 35. 43	54	3. 35. 24	300	19. 56. 43
25	1. 39. 43	55	3. 39. 23	310	20. 36. 36
27	1. 43. 42	56	3. 43. 23	320	21. 16. 30
26	1. 47. 41	57	3. 47. 23	330	21. 56. 24
28	1. 51. 40	58	3. 51. 22	340	22. 36. 17
29	1. 55. 40	59	3. 55. 22	350	23. 16. 14
30	1. 59. 40	60	3. 59. 21	360	23. 56. 1

TABULA XXIV.

Converſio Temporis Solaris medii in partes Æquatoris.

Hor.	Grad.	Min.	Sec.	Min.	Grad.	Min.	Sec.	Min.	Grad.	Min.	Sec.
				Sec.	Min.	Sec.	Tert.	Sec.	Min.	Sec.	Tert.
				Tert.	Sec.	Tert.	Quart.	Tert.	Sec.	Tert.	Quart.
1	15.	2.	28	1	0.	15.	2	31	7.	46.	16
2	30.	4.	56	2	0.	30.	5	32	8.	1.	19
3	45.	7.	24	3	0.	45.	7	33	8.	16.	21
4	60.	9.	51	4	1.	0.	10	34	8.	31.	24
5	75.	12.	19	5	1.	15.	12	35	8.	46.	26
6	90.	14.	47	6	1.	30.	15	36	9.	1.	29
7	105.	17.	15	7	1.	45.	17	37	9.	16.	31
8	120.	19.	43	8	2.	0.	20	38	9.	31.	34
9	135.	22.	11	9	2.	15.	22	39	9.	46.	36
10	150.	24.	38	10	2.	30.	25	40	10.	1.	39
11	165.	27.	6	11	2.	45.	27	41	10.	16.	41
12	180.	29.	34	12	3.	0.	30	42	10.	31.	43
13	195.	32.	2	13	3.	15.	32	43	10.	46.	46
14	210.	34.	30	14	3.	30.	34	44	11.	1.	48
15	225.	36.	58	15	3.	45.	37	45	11.	16.	51
16	240.	39.	26	16	4.	0.	39	46	11.	31.	53
17	255.	41.	53	17	4.	15.	41	47	11.	46.	56
18	270.	44.	21	18	4.	30.	44	48	12.	1.	58
19	285.	46.	49	19	4.	45.	47	49	12.	17.	1
20	300.	49.	17	20	5.	0.	49	50	12.	32.	3
21	315.	51.	45	21	5.	15.	52	51	12.	47.	6
22	330.	54.	13	22	5.	30.	54	52	13.	2.	8
23	345.	56.	40	23	5.	45.	57	53	13.	17.	11
24	360.	59.	8	24	6.	0.	59	54	13.	32.	13
25	376.	1.	36	25	6.	16.	2	55	13.	47.	16
26	391.	4.	4	26	6.	31.	4	56	14.	2.	18
27	406.	6.	32	27	6.	46.	7	57	14.	17.	21
28	421.	9.	0	28	7.	1.	9	58	14.	32.	23
29	436.	11.	28	29	7.	16.	11	59	14.	47.	26
30	451.	13.	56	30	7.	31.	14	60	15.	2.	28

TABULA XXV.

Correctio horæ Meridianæ prodeuntis ex altitudinibus correſpondentibus ſolis ſub æquatore, adhibenda *primo* ubique terrarum.

Intervallum horarimm a meridie ad tempus obſervationis.

Locus ſolis verus in Zodiaco.		1h.40m	2h.0m.	2h.20m	2h.40m	3h.0m.	3h 20m	3h.40m	4h.0m.	
		S.	S.	S.	S.	S.	S.	S.	S.	
♈	0	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	Correctio Additiva.
	10	0. 96	0. 93	0. 89	0. 85	0. 80	0. 75	0. 69	0. 62	
	20	2. 29	2. 22	2. 14	2. 04	1. 92	1. 79	1. 64	1. 48	
♉	0	2. 49	2. 41	2. 32	2. 21	2. 09	1. 95	1. 79	1. 61	
	10	2. 90	2. 81	2. 70	2. 58	2. 43	2. 27	2. 08	1. 87	
	20	2. 97	2. 88	2. 77	2. 64	2. 49	2. 32	2. 13	1. 92	
♊	0	2. 68	2. 59	2. 50	2. 38	2. 25	2. 09	1. 92	1. 73	
	10	2. 02	1. 96	1. 89	1. 80	1. 70	1. 58	1. 45	1. 31	
	20	1. 10	1. 06	1. 02	0. 97	0. 92	0. 86	0. 79	0. 71	
♋	0	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	Correctio Subtractiva.
	10	1. 10	1. 06	1. 02	0. 97	0. 92	0. 86	0. 79	0. 71	
	20	2. 02	1. 96	1. 88	1. 79	1. 70	1. 58	1. 45	1. 35	
♌	0	2. 66	2. 58	2. 48	2. 37	2. 24	2. 08	1. 91	1. 72	
	10	2. 94	2. 85	2. 74	2. 62	2. 47	2. 30	2. 11	1. 90	
	20	2. 87	2. 78	2. 68	2. 56	2. 41	2. 25	2. 06	1. 86	
♍	0	2. 47	2. 40	2. 31	2. 20	2. 08	1. 94	1. 78	1. 60	
	10	2. 27	2. 20	2. 11	2. 02	1. 90	1. 77	1. 63	1. 47	
	20	0. 95	0. 92	0. 89	0. 85	0. 80	0. 74	0. 68	0. 61	
♎	0	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	Correctio Additiva.
	10	0. 96	0. 93	0. 89	0. 85	0. 80	0. 75	0. 69	0. 62	
	20	2. 32	2. 25	2. 16	2. 06	1. 95	1. 81	1. 67	1. 50	
♏	0	2. 55	2. 47	2. 38	2. 27	2. 14	2. 00	1. 83	1. 65	
	10	3. 00	2. 91	2. 80	2. 67	2. 52	2. 35	2. 15	1. 94	
	20	3. 10	3. 01	2. 89	2. 76	2. 61	2. 43	2. 23	2. 01	
♐	0	2. 83	2. 74	2. 64	2. 52	2. 38	2. 21	2. 03	1. 39	
	10	2. 15	2. 08	2. 00	1. 91	1. 80	1. 68	1. 54	1. 33	
	20	1. 17	1. 13	1. 09	1. 04	0. 98	0. 91	0. 84	0. 75	
♑	0	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	Correctio Subtractiva.
	10	1. 17	1. 13	1. 09	1. 04	0. 98	0. 91	0. 84	0 75	
	20	2. 15	2. 09	2. 01	1. 92	1. 81	1. 69	1. 55	1. 39	
♒	0	2. 84	2. 76	2. 64	2. 56	2. 39	2. 22	2. 04	1. 84	
	10	3. 13	3. 03	2. 91	2. 78	2. 62	2. 45	2. 25	2. 02	
	20	3. 02	2. 93	2. 82	2. 69	2. 54	2. 37	2. 16	1. 95	
♓	0	2. 57	2. 49	2. 40	2. 29	2. 16	2. 01	1. 85	1. 66	
	10	2. 34	2. 27	2. 18	2. 08	1. 97	1. 83	1. 63	1. 51	
	20	0. 97	0. 94	0. 90	0. 86	0. 81	0. 76	0. 69	0. 63	
♈	0	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	0. 00	

TABULA XXVI.

Correctio horæ meridianæ prodeuntis ex altitudinibus correſpondentibus Solis ſub parallelo 45° adhibenda.

Intervallum horarium a meridie ad tempus obſervationis.

Locus verus ſolis in Zodiaco.		1h.40m	2h.0m.	2h.20m	2h.40m	3h. 0m.	3h.20m	3h.40m	4h.0m.
		s.	s.	s.	s.	s.	s.	s.	s.
♈	0	15.53	15.78	16.09	16.37	16.74	17.17	17.66	18.23
	10	15.25	15.50	15 80	16.08	16.44	16.86	17.35	17.91
	20	14.56	14.80	15.09	15.35	15.70	16.10	16.56	17.10
♉	0	13.49	13.71	13.97	14.22	14.54	14.91	15.34	15 83
	10	12.03	12.23	12.47	12.69	12.97	13.30	13.69	14.13
	20	10.20	10.37	10.57	10.76	11.00	11.28	11.61	11.98
♊	0	8.02	8.15	8.31	8.45	8.64	8.86	9.12	9.41
	10	5.53	5.62	5.73	5.83	5.96	6.12	6.29	6 50
	20	2.82	2.87	2.93	2.98	3.05	3.12	3.21	3.32
♋	0	0.00	0.00	0.00	0.00	0.00	0.00	0.00	0.00
	10	2.82	2.87	2.92	2.97	3.04	3.12	3.21	3.31
	20	5.51	5.60	5.71	5.81	5.95	6.10	6.27	6.48
♌	0	7.98	8.11	8.27	8.41	8.60	8.82	9.08	9.37
	10	10.11	10.28	10.48	10.66	10.90	11.18	11.51	11.88
	20	11.94	12.17	12.37	12.59	12.87	13.20	13.58	14.02
♍	0	13.37	13.59	13.85	14.10	14.47	14.78	15.21	15.70
	10	14.42	14.66	14.94	15.20	15.55	15.94	16.41	16.93
	20	15.09	15.34	15.64	15.92	16.27	16.69	17.17	17.72
♎	0	15.37	15.63	15.93	16.21	16.58	17.00	17.49	18.05
	10	15.26	15.52	15.81	16.09	16.46	16.87	17.36	17.92
	20	14.75	15.00	15.29	15.56	15.91	16.31	16.78	17.32
♏	0	13.82	14.05	14.32	14.57	14.90	15.28	15.74	16.23
	10	12.46	12.66	12.91	13.14	13.43	13.78	14 17	14.63
	20	10.67	10.84	11.05	11.25	11.50	11.80	12.14	12 53
♐	0	8.46	8.59	8.76	8.91	9.12	9.35	9.62	9.93
	10	5 87	5.83	6.08	6.19	6.33	6.49	6.68	6 89
	20	3.01	3.06	3.12	3.18	3.25	3.33	3.43	3.54
♑	0	0.00	0.00	0.00	0.00	0.00	0.00	0.00	0.00
	10	3.02	3.07	3.13	3.18	3.25	3.34	3.43	3.54
	20	5.89	6.00	6.10	6.36	6.50	6.67	6.86	6.92
♒	0	8.42	8.64	8.80	8.96	9.16	9.39	9.67	9.[illegible]8
	10	10.74	10.41	11.12	11.32	11.58	11.90	12.21	12.61
	20	12.56	12.77	13.01	13.24	13.54	13.88	14.29	14.73
♓	0	13.94	14.17	14.45	14.70	15.03	15.41	15.86	16.37
	10	14.90	15.14	15.43	15.71	16.06	16.47	16.94	17.48
	20	15.37	15.63	15.93	16.21	16.57	17.00	17.49	18.05
♈	0	15.53	15.78	16.09	16.37	16.74	17.17	17.66	18.23

(♈ 0 – ♊ 20:) Correctio ſubtractiva in hæmiſphær. Boreali Additiva in Auſtrali.

(♋ 0 – ♐ 20:) Correctio additiva in hæmiſphærio Boreal. Subtractiva in Auſtrali.

(♑ 0 – ♈ 0:) Correctio ſubtractiva in hæmiſphærio boreali. Additiva in Auſtrali.

Ex hac, & antecedente Tabula facile ſupputatur Correctio meridiei pro quavis Poli elevatione; ſi nempe ad logarithmum correctionis in hac Tabula repertæ, addatur logarithmus tangentis elevationis datæ Poli, ſumma logarithmorum erit logarithmus correctionis quæſitæ, quæ per partem in Tabula antecedente inventam adhuc coæquanda eſt.

TABULA XVII.

Correctio horæ meridianæ prodeuntis ex altitudinibus correſpondentibus ſolis. pro Elevatione Poli Vindobonenſi grad. 48. m. 12. ſ. 32.

Intervallum horarium a meridie ad Tempus obſervationis.

Locus ſolis verus in Zodiaco.		1h.40m s.	2h.0.m s.	2h.20m s.	2h.40m s.	3h.0.m s.	3h.20m s.	3h.40m s.	4h.0.m s.	
♈	0	17.38	17.66	18.01	18.32	18.73	19.21	19.76	20.40	Subtrahe.
	10	16.11	16.42	16.79	17.14	17.60	18.22	18.73	19.42	
	20	14. 1	14.64	14.75	15.13	15.65	16.23	16.39	17.65	
♉	0	12.51	12.93	13.31	13.71	14.18	14.74	15.38	16.11	
	10	10.56	10.87	11 26	11.62	12. 8	12.61	13.24	13.94	
	30	7.41	8.72	9.06	9.40	9.82	10.28	10.86	11.48	
♊	0	6.28	6.53	6.80	7.08	7.42	7.82	8.28	8.80	
	10	4.17	4.33	4.52	4.72	4.97	5.27	5.59	5.85	
	20	2.05	2.15	2.26	2.36	2.49	2.63	2.80	3.01	
♋	0	0.00	0.00	0.00	0.00	0.00	0.00	0.00	0.00	Adde.
	10	1.72	2.15	2.25	2.35	2.48	2.63	2.80	3.01	
	20	4.15	4.31	4.51	4.71	4.96	5.25	5.77	5.94	
♌	0	6.27	6.49	6.78	7.04	7.38	7.79	8.25	8.77	
	10	8.38	8.65	9.54	9.31	9.73	10.21	10.77	11.39	
	20	10.49	10.84	11.16	11.53	11.99	12.52	13.14	13.80	
♍	0	12.49	12.81	13.19	13.58	14.05	14.60	15.24	15.97	
	10	13.87	14.20	14.60	14.99	15.50	16.07	16.73	17.48	
	20	15.94	16.25	16.61	16.97	17.41	17.94	18.53	19.22	
♎	0	17.20	17.49	17.83	18.14	18.55	19.02	19.57	20.20	
	10	18.04	18.30	18.58	18.86	19.22	19.63	20 12	20.6[illegible]	
	20	18.83	19.03	19.27	19.47	19.75	20.06	20.45	20.86	
♏	0	18.02	18.19	18.41	18.58	18.82	19. 10	19.44	19.81	
	10	16.94	17.08	17.25	17.35	17.55	17. 78	18.01	18.31	
	20	15. 4	15.14	15.24	15.37	15.48	15.64	15.82	16.03	
♐	0	12.30	12.35	12.44	12.49	12.58	12.67	12.80	12.94	
	10	8.72	8.60	8.80	8.84	8.88	8.95	9.02	9.09	
	20	4.53	4.55	4.58	4.60	4.92	4.64	4.68	4.71	
♑	0	0.00	0.00	0.00	0.00	0.00	0.00	0.00	0.00	Subtrahe.
	10	4.55	4.56	4.60	4.60	4.61	4.65	4.68	4.71	
	20	8.74	8.81	8.84	9.04	9.08	9.15	9.23	9.31	
♒	0	12.26	12.43	12.49	12.59	12.64	12.73	12.86	13.01	
	10	15.15	15.21	15.35	15.45	15.57	15.77	15.91	16.13	
	20	17.08	17.22	17.38	17.48	17.69	17.90	18.15	18.44	
♓	0	18.17	18.35	18.57	18.74	18.98	19.25	19.60	19.98	
	10	19.02	19.21	19.45	19.74	19.94	20.46	20.56	21.07	
	20	18.17	18.43	18.73	19.00	19.35	19.71	20.26	20.83	
♈	0	17.38	17.66	18.01	18.33	18.73	19.21	19.76	20.40	

NB. Locum Solis ad ſemigradum noviſſe ſufficit.
Correctio hujus Tabulæ compoſita eſt ex correctione Tabulæ XII, hinc hora meridiei, æquatione Tabulæ XII non eget.

TABULA XXVIII.

Differentiæ Meridianorum in tempore, & in partibus Æquatoris inter OBSERVATORIUM CÆSAREO-REGIUM Univerſitatis Viennenſis in Auſtria, & inter loca præcipua Telluris, cum eorundem locorum Latitudine, ſeu Elevatione Poli.

LOCORUM NOMINA.	Differentia Meridianorum. In Tempore. H. M. S.	In partib. Æquat. G. M. S.	Latitudo, ſeu Elevatio Poli. G. M. S.
Abbatis-villa, *Abbeville*. Galliæ.	0.*58.11. Oc.	14.32.50.	50.* 7. 1. S
Agra Mogolis, ſeu Indiæ interior.	4.* 1.26. Or.	60.21.30.	26.†43. 0.
Agria, Erlau, Hungariæ.	0. 15.20. Or.	3.50. 0.	47. 42. 0.
Alba Carolina, Carlſtadt, Tranſylv.	0. 31.24. Or.	7.51. 0.	46. 13. 0.
Alba-Regalis, Stullweiſſenb. Hung.	0. 9. 0. Or.	2.15. 0.	47. 13. 0.
Alenconium, *Alençon*, Normand.	1. 5.10. Oc.	16.17.30.	48. 25. 0.
Alepum, Syriæ.	1. 23.50. Or.	20.57.30.	35 †45.23.
Alexandria, Ægypti.	0.*55.16. Or.	13.48.50.	31.*11.28.
Altorfia, Altdorf, Germ.	0. 20.45. Oc.	5.11.15.	49. 17.38.
Ambianum, *Amiens*, Gall.	0.*56.18. Oc.	14. 4.34.	49.*53.38.
Amſtelodamum, Amſterdam, Holl.	0. 45.34. Oc	11.23.30.	52.*22.45.
Ancona, Italiæ.	0. 11.28. Oc.	2.52. 0.	43. 37.54.
Antipolis, *Antibe*, Gall.	0.*36.56. Oc.	9.13.57.	43.*34.50
Antverpia, Antwerpen, Belgii.	0.*47.53. Oc.	11.58.21.	51.*13.15.
Aquæ ſextiæ, *Aix*, in Provinc.	0.*43.45. Oc.	10.55.56.	43.*31.35.
Arelatum, *Arles*, Gall.	0.*46.58. Oc	11.44.30.	43.*40.33.
Argentoratum, Straßburg, Germ.	0.*34.25. Oc.	8.36.15.	48.*34.35.
Atrebatum, *Arras*, Gallo-belgii.	0.*54.25. Oc.	13.36.18.	50.*17.30.
Athenæ, Græciæ,	0. 36.35. Or.	9. 8.45.	37. 40. 0.
Auguſta Vind. Augſpurg, Germ.	0. 21.45. Oc.	5.26.15.	48. 24. 0.
Aurelianum, *Orleans*, Gall.	0.*57.53. Oc.	14.28. 8.	47.*54. 4.
Barcino, *Barcellona*, Hiſpaniæ.	0. 56.38. Oc.	14. 9. 0.	41.†26. 0.
Baſilea, *Baſel*, Helvetiæ.	0. 35.10 Oc.	8.47.30.	47. 55. 0.
Belfonte, Schönbrunn, Auſtriæ.	0. 0.14. Oc.	0. 3.30.	48. 12. 0.
Belgradum, Belgrad, Serviæ.	0. 20.20. Or.	5. 5. 0.	45. 3. 0.
Berolinum, Berlin, Germ.	0.*11.45. Oc.	2.56.15.	52.*32.30.
Bononia, *Bologna*, Italiæ.	0.*20.15. Oc.	5. 3.42.	44.*29.39.
Breſtia, *Breſt*, Gall.	1.*23.33. Oc.	20.53.20.	48.*23. 0.
Bruxellæ, Brüſſel, Belgii.	0.*48. 3. Oc.	12. 0.47.	50.*51. 0.
Buda, Ofen, Hung.	0.†13.42. Or.	3.25.45.	47.†28. 0.

LOCORUM NOMINA.	Differentia Meridianorum. In Tempore.	In partib. Æquat.	Latitudo ſeu Elevatio Poli.
	H. M. S.	G. M. S.	G. M. S.
Buenos-aires, Americæ.	4.*59.35. Oc.	74.53.45.	34. 35.26. M
Burdegala, *Bourdeaux*, Gall.	1.* 7.49. Oc.	16.57.19.	44. 50.18. S
Cadix, Hiſpaniæ.	1.*29.35. Oc.	22.23.45.	36.†31. 7.
Cadomum, *Caen*, Gall.	1.* 6.57. Oc.	16.44.17.	49. 11.10.
Cairus, *Cairo*, Ægypti.	1.* 0.15. Or.	15. 3.45.	30.* 2.30.
Caletum, *Calais*, Gall.	0.*58. 6. Oc.	14.31.34.	50.*57.31.
Candia, Græciæ.	0.*35.42. Or.	8.55.30.	35.*18.45.
Canton, Chinæ.	6.*26.43. Or.	96.40.45.	23.* 8. 0.
Caput bonæ ſpei, *Africæ*.	0.* 8.30. Or.	2. 7.30.	33. 55.15.M.
Caput Viride.	2.*14.10. Oc.	33.32.30.	14.*43. 0.S.
Carthagena, Americæ.	6.* 7.15. Oc.	91.48.30.	10.*26.55.
Caſſovia, Caſchau, Hungariæ.	0. 18.20. Or.	4.35. 0.	48. 27. 0.
Caſſellæ, Caſſel, Germ.	0. 27.45. Oc.	6.56.15.	51. 19. 0.
Cayena, Americæ.	4.*34.30. Oc.	68.37.30.	4.*56. 0.
Cibinium, Hermanſtatt, Tranſylv.	0. 34.44. Or.	8.41. 0.	46. 12. 0.
Clagenfurtum, Clagenfurt, Carint.	0. 6.52. Oc.	1.43. 0.	47. 20. 0.
Claudiopolis, Clauſenburg, Tranſ.	0. 29.44. Or.	7.26. 0.	46. 53 0.
Clivia, Clewen, Germ.	0. 40.45. Oc.	10.11.15.	51. 59. 0.
Colonia, Cölln, Germ.	0. 37.10. Oc.	9.17.30.	50. 55. 0.
Conſtantinopolis, Turciæ.	0.*50.15. Or.	12.33.45.	41.* 1.10.
Cracovia, Cracau, Poloniæ.	0. 13.50. Or.	3.27.30.	50. 10. 0.
Dieppa, *Dieppe*, Gall.	1.* 1.13. Oc.	15.18.18.	49.*55 17.
Dillinga, Dillingen, Sueviæ.	0.*24.32. Oc.	6. 8. 0.	48. 30. 0.
Divio, *Dyon*, Gall.	0.*45.20. Oc.	11.20. 7.	47.*19.22.
Dresda, Dreſden, Germ.	0. 11.45. Oc.	2.56.15.	51. 6. 0.
Dublinum, *Dublin*, Hiberniæ.	1.†32.51. Oc.	23.12.45.	52. 12. 0.
Dunquerca, Dunquerken, Belgii.	0.*56. 0. Oc.	14. 0. 7.	51.* 2. 4.
Edimburgum, Edemburg, Scotiæ.	1. 17.51. Oc.	19.27.45.	55. 58. 0.
Erfordia, Erfurth, Germ.	0. 24.30. Oc.	6. 7.30.	51. 6. 0.
Ferraria, *Ferrara*, Italiæ.	0.*19. 5. Oc.	4.47.35.	44.*54. 0.
Ferri, Inſula.	2.*15.45. Oc	33.56.15.	17.*47.20.
Flexia, *Fleche*, Gall.	1.* 6. 2. Oc.	16.30.30.	47.*42. 0.
Florentia, Florenz, Italiæ.	0.*21.21. Oc.	5.12.15.	43.*46.53.

LOCORUM NOMINA.	Differentia Meridianorum. In Tempore. H. M. S.	In partib. Æquat. G. M. S.	Latitudo, ſeu Elevatio Poli. G. M. S.
Francofurtum ad Mœnum.	0. 31.10. Oc.	7.47.30.	49. 55. 0. S
Francofurtum ad Viadrum.	0. 7.15. Oc.	1.48.45.	52. 26. 0.
Gedanum, Dantzig, Pruſſiæ.	0.* 8.34. Or.	2. 8.30.	54.†22. 0.
Geneva, Genff, Helvetiæ.	0.*39.10. Oc.	10. 2.30.	46.†12. 0.
Goa, Indiæ.	3.*49.30. Or.	57.22.30.	15.*31. 0.
Gœttinga, Göttingen, Germ.	0. 25.54. Oc.	6.28.30.	51. 31.54.
Grationopolis, Grenoble, Gall.	0.*42.38. Oc.	10.38.50.	45.*11.49.
Græcium, Grätz, Styriæ.	0.* 3.55. Oc.	0.58.45.	47.* 4.18.
Grenovicum, Greenwich, Angliæ.	1.* 5.20. Oc.	16 20. 0.	51.*28.30.
Hafnia, Coppenhagen, Daniæ.	0.*14.29. Oc.	3.37.15.	55. 40.45.
Hala Magdeburg. Halle, Saxon.	0. 18.45. Oc.	4.41.15.	51. 34. 0.
S. Helenæ Inſula.	1.*22.46. Oc.	20.41.30.	16.* 0. 0.M.
Jena, Germ.	0. 20.15. Oc.	5. 3.45.	51. 2. 0. S.
Jeroſolyma, Jeruſalem, Paleſtinæ.	1. 15.50. Or.	18.57.30.	31. 50. 0.
Ingolſtadium, Ingolſtadt, Germ.	0.*20. 8. Oc.	5. 2. 0.	48.*46. 0.
Kebecum, Canadæ.	5.*45. 2. Oc.	86.15.30.	46.*55. 0.
Labacum, Laybach, Germ.	0.* 6.25. Oc.	1.36.15.	46.* 2. 0.
Lima, Peruviæ.	6.*12.48. Oc.	93.12. 0.	12.* 1.15.M.
Lincium, Lintz, Auſtriæ.	0. 9. 40. Oc.	2.25.20.	48.*16. 0. S.
Lipſia, Leipzig, Saxoniæ.	0. 16.10. Oc.	4. 2.30.	51.†19.41.
Londinum, London, Angliæ.	1.* 5.51. Oc.	16.27.45.	51.*31. 0.
Lugdunum Batavor. Leyden.	0. 47.45. Oc.	11.56.15.	52. 11. 0.
Lugdunum Galliæ, Lyon.	0.*46.11. Oc.	11.32.47.	45.*45.51.
Lutetiæ Pariſiorum, Paris, Gall.	0.*56.10. Oc.	14. 2.30.	48.*50.14.
Macaum, Macao, Chinæ.	6.*29.35. Or.	97.23.45.	22.*12.44.
Madritum, Madrit, Hiſpaniæ.	1.*20.28. Oc.	20. 7. 0.	40.*25. 0.
Malaca, Indiæ.	5.†43.30. Or.	85.52.30.	2.†12. 0.
Mantua, Italiæ.	0. 24.48. Oc.	6.12. 0.	45. 2. 0.
Martinica Inſ. Americæ.	5.* 9.25. Oc.	77.21.15.	14.*43. 9.
Maſſilia, *Marſeille*, Gall.	0.*44. 1. Oc.	11. 0.22.	43.*17.45.
Mediolanum, Mayland, Italiæ.	0.*28.57. Oc.	7.14.15.	45. 25. 0.
Melita, *Maltha*, Inſ.	0.* 7.36. Oc.	1.53. 0.	35.*54. 0.
Meſſana, Siciliæ.	0. 4.16. Oc.	1. 4. 0.	38. 21. 0.

LOCORUM NOMINA.	Differentia Meridianorum. In Tempore. H. M. S.	In partib. Æquat. G. M. S.	Latitudo, ſeu Elevatio Poli. G. M. S.
Metæ, Metz, Lotharingiæ.	0.*40.46. Oc.	10.11.30.	49.* 7. 5. S.
Mexicum, *Mexico*, Americæ.	8.† 0.10. Oc.	120.2.30.	20.† 0. 0.
Moguntia, Mainz, Germ.	0. 32.10. Oc.	8. 2.30.	49.*54. 0.
Monachium, München, Bavariæ.	0. 19.30. Oc.	4.47.30.	48.* 9.55.
Mons Peſſulanus, Montpellier, Gal.	0.*49.59. Oc.	12.29.46.	43.*36.33.
Moſcua Urbs, Moſcau, Moſcoviæ.	1.*15.35. Or.	21.23.45.	55.*45.20.
Mutina, Modena, Italiæ.	0.†20.40. Oc.	5.10. 0.	44. 34. 0.
Nancy, Lotharingiæ.	0.*40.44. Oc.	10.10.57.	48.*41.28.
Nanking, Chinæ.	6. 39.50. Or.	99.57.37.	32. 4. 0.
Nanetes, *Nantes*, Galliæ.	1.*11.45. Oc.	17.56.18.	47.*13.17.
Narbo, *Narbone*, Galliæ.	0.*53.29. Oc.	13.22.21.	43.*11.13.
Neapolis, Neapel, Italiæ.	0.*10.35. Oc.	2.38.45.	40.*50.15.
Neoſtadium, Neuſtadt, Auſtriæ	0. 0.48. Or.	0.12. 0.	47. 58. 0.
Nicæa, Nizza, in Provinc.	0.*36.21. Oc.	9. 5.18.	43.*41.54.
Norimberga, Nürnberg, Germ.	0.*21.14. Oc.	5.18.30.	49.†26.55.
Novus portus, Neuport, Gall.	0.*54.30. Oc.	13.37.35.	51.* 7.41.
Olinda, Braſſiliæ.	0. 26.10. Oc.	51.32.30.	8. 13. 0. M.
Olomucium, Olmütz, Moraviæ.	0. 4.39. Or.	1. 9.45.	49. 43. 0. S.
Oſtenda, Oſtende, Flandriæ.	0.*53.50. Oc.	13.27.28.	51.*13.55.
Parma, Italiæ.	0. 25.49. Oc.	6.27.15.	44. 44.50.
Paſſavium, Paſſau, Auſtriæ.	0. 13.20. Oc.	3.20. 0.	48 30. 0.
Patavium, Padua, Italiæ.	0.*17.48. Oc.	4.27. 0.	45*22.26.
Pekinum, Chinæ.	6.*40. 0. Or.	100. 0. 0.	39*54. 0.
Peſtinum, Peſt, Hung.	0.†13.45. Or.	3.28.30.	47†29.18.
Petropolis, Petersburg, Ruſſiæ.	0.*55.50. Or.	13.57.30.	59*56. 0.
Picus Accipitrum, *Pic d'Azores*.	2. 58.10. Oc.	44.32.30.	38 35. 0.
Picus Teneriffæ.	2.*11.38. Oc.	32.54.33.	28.12.54
Pollinga, Bavariæ.	0.†22.35. Oc.	5.38.45.	47.48. 8.
Pondichery, Indiæ.	4.*15.20. Or.	63.50. 0.	11.53.47.
Praga, Prag, Bohemiæ.	0.† 6.30. Oc.	1.37.30	50. 4.30.
Poſonium, Presburg, Hung.	0. 4.23. Or.	1. 5.45.	48. 8. 0.
Quito, Peruviæ.	6.*17.10 Oc.	94.17.30.	0.13.17. M
Ratisbona, Regensburg, Germ.	0. 17.45. Or.	4.26.15.	49. 2. 0. S.
Rodrigues Inſula. Indiæ.	3.* 5.50. Or.	46.27.30.	19.40.30. M.

LOCORUM NOMINA.	Differentia Meridianorum. In Tempore. H. M. S.	Differentia Meridianorum. In partib. Æquat. G. M. S.	Latitudo, ſeu Elevatio Poli. G. M. S.
Roma. Rom, Italiæ.	0.*15.45. Oc.	3.56.15.	41.*54.11. S.
Roſtochium, Roſtock, Germ.	0.†15.45. Oc.	3.56.15.	54.†22. 0.
Roterodamum, Hollandiæ.	0.†44.44. Oc.	11.11. 0.	51.†55. 0.
Saliſburgum, Salzburg, Bavar.	0. 14.40. Oc.	3.40. 0.	47. 34. 0.
Senæ *Sens* Galliæ.	0.*52.24. Oc.	13. 6. 0.	48. 11.56.
Siam, Indiæ.	5.*37.50. Oc.	84.27.30.	14. 18. 0.
Smirna, Natoliæ.	0.*43.49. Or.	10.57.15.	38.*28. 7.
Stokholmia, Stockholm, Sueciæ.	0.* 6.41. Or.	1.40.15.	59.*20.30.
Surate, Indiæ.	3. 43.50. Or.	55.57.30.	21.†10. 0.
Schwezinga, Schwezingen, Germ.	0.*30.47. Oc.	7.41.45.	49.*56.30.
Taurinum, Turin, Italiæ.	0.*34.50. Oc.	8.42.30.	45.* 5.20.
Telo-Martius, Toulon, Galliæ.	0.*41.44. Oc.	10.25.55.	43.* 7.24.
Temeſia, Temeswar, Hungariæ.	0. 22.12. Or.	5.33. 0.	45. 42. 0.
Theſſalonica, Græciæ.	0.*27. 2. Or.	6.45.30.	48.*36.21.
Tergeſtum, Trieſt, Italiæ.	0. 13.12. Oc.	3.18. 0.	45. 43. 0.
Tigurum, Zürch, Helvetiæ.	0.†28.25. Oc.	7. 6.15.	47.†22. 0.
Tobolsk Siberiæ	3.*28.10. Or.	52. 2.30.	58.*12.30.
Tripoli, Africæ.	0.*13. 9. Oc.	3.17.15.	32.*53.40.
Tridentum, Trident, Tyrolis.	0. 23.40. Oc.	5.40. 0.	45. 43. 0.
Tyrnavia, Tyrnau, Hungariæ.	0.*4. 45. Or.	1.11.15.	48.*23.30.
Valentia, Hiſpaniæ.	1. 19.52. Oc.	19.58. 0.	39. 30. 0.
Valparais, Chili.	5.*54.47. Oc.	88.41.45.	33.* 0.19. M.
Varſovia, Warſchau, Poloniæ.	0.†20.46. Or.	5.22.30.	52. 14. 0. S.
Venetiæ, Venedig.	0.*17.12. Oc.	4.18. 0.	45.†25. 0.
Verona, Italiæ.	0.*20.16. Oc.	5. 4. 0.	45.*26 26.
Vienna, Wienn, Auſtriæ.	0. 0. 0.	0. 0. 0.	48.*12.32.
Vilna, Lithuaniæ.	0. 37.15. Or.	9.18.45.	54. 24. 0.
Vratislavia, Breßlau, Sileſiæ.	0. 3. 5. Or.	0.45. 0.	51. 3. 0.
Ulma, Ulm, Sueviæ.	0. 25.45. Oc.	6.26.15.	48. 23. 0.
Uliſſipo, *Lisbona*, Portugaliæ.	1.*42. 0. Oc.	25.20. 0.	38.*42.20.
Upſala, Upſal, Sueciæ.	0.* 5. 1. Or.	1.15.15.	59.*51.50.
Uraniburgum, Inſula Zelandiæ.	0.*14. 0. Oc.	3.30. 0.	55.*54.15.
Wittemberga, W temberg, Sax.	0.†15.16. Oc.	3.49. 0.	51.*43.10.
Wezlas Arx. Auſtriæ.	0.* 4.10. Oc.	1. 2.30.	48.*36.30.
Ylo, Peruviæ.	5.*50.22. Oc.	87.35.30.	17.*36.15. M.
Zagrabia, Agram, Croatiæ.	0. 0.48. Or.	0.12. 0.	46. 6. 0. S.

TABULA XXIX.

Gradus correſpondentes thermometrorum uſu receptorum, ſuppoſitis diviſionibus uniformibus.

Gradus Thermometri Reaumuriani ſupra terminum Congelationis. — Ejuſdem Thermometri intra terminum Congelationis.

Thermometr. D. de Reaumur.	Thermometr. Domini De l'Iſle.	Thermometr. Domini. Fahrenheit.	Thermometr. Domini De la Hire.
38	80 3	117 4	
36	84 1	113 0	
34	88 0	108 5	
32	91 9	103 9	
30	95 8	99 5	83 8
29	97 7	97 2	81 5
28	99 6	95 0	79 8
27	101 4	92 7	78 1
26	103 3	90 5	76 3
24	107 1	86 0	73 0
22	110 9	81 4	69 3
20	114 7	77 0	65 8
15	124 4	65 7	57 2
10	133 9	54 5	48 6
Cong. 0	153 0	32 0	31 3
5	162 6	20 8	22 7
6	164 5	18 5	21 0
7	166 4	16 2	19 2
8	168 3	13 9	17 5
9	170 2	11 6	15 8
10	172 1	9 5	14 0
11	174 0	7 0	12 3
12	175 9	4 7	10 6
13	177 8	2 4	8 9
14½	180 7	0 0	6 2
15	181 6	1 2	5 4
18	187 0	8 5	0 0
30	210 3	35 5	
70	286 8	124 5	
166	470 0	339 0	
181	500 0	372 0	

Comparatio hæc intelligitur cum Thermometro Reaumuriano, in prima columna poſito.

INTRODUCTIO IN USUM EPHEMERIDUM ET TABULARUM ASTRONOMICARUM.

Quoniam ampliſſimis Planetarum Tabulis, quas Appendicis loco his adjeci Ephemeridibus, itemque novis aliis inſertis Tabulis atque Problematibus, molem voluminis vulgatarum hactenus mearum Ephemeridum alterum tantum auxerim, neceſſarium omnino erat, magnum ſane priorum Annorum tam Tabularum, quam Problematum numerum minorem ut redderem. Quare, quæ hic prætermiſſa ſunt, facile repetentur ex Ephemeridibus annuis ab Anno 1757. ad annum 1764 à me typis datis. Ne tamen uſum harum minus commodum fortaſſis facerem, dum identidem ſolutiones Problematum ex aliorum annorum explicatione petendæ eſſent, ea, quæ in uſum fere quotidianum veniunt, retinui quidem, ſed methodo compendiaria propoſita, neque enim uſum mearum Ephemeridum unius Anni circulo definitum, ſed earum Materiam, recentiori Aſtronomiæ accommodam, in annos ſingulos, ut hactenus à me factum eſt, novis inventis auctam, inſtructamque volui, quo & cæteris annis uſui eſſe poſſint Aſtronomiæ Cultoribus.

Juverit tamen præcipua quædam adnotaſſe, quæ hic prætermiſſa, & ex aliorum annorum Ephemeridibus meis petenda ſunt.

EXPLICATIO DISCRIMINIS DIEM INTER ASTRONOMICUM ET CIVILEM,

vide Ephem. An. prior.

PROBLEMA

Convertere Tempus aſtronomicum in civile, & viciſſim.

Vide Ephem. An. prior.

EXPLICATIO TEMPORIS MEDII ET VERI, SEU APPARENTIS.

Vide Ephem. An. prior.

PROBLEMA

Examinare motum penduli horologi, num is motui medio Solis ſeu tempori medio reſpondeat. Vide Ephem. An. prior.

METHODUS

Examinandi horologum pendulum ope Tranſitus ſtellarum fixarum. Vide Ephem. An. prior.

PROBLEMA I.

Tempus verum convertere in medium.

Cum obſervationes habitæ, aut habendæ exhibeantur ſemper in tempore vero, è contra, horologa penduli ſemper Tempus medium indicent, neceſſe eſt, noſſe methodum convertendi Tempus verum in medium, & viciſſim. Fit hæc converſio ope columnæ 5tæ, cujus uſus hic eſt.

Videatur in columna quinta, paginæ primæ dati menſis, & diei, *tempus medium meridiei veri*, quod ſi ſuperat horas duodecim, addatur ad datum tempus verum, ſi vero minus ſit horis duodecim, tum differentia hæc ſubtrahatur a dato tempore vero, dein pro horis intermediis, excerpatur e columna 6ta numerus inter datam diem, & ſequentem medius, factaque proportione: ut 24. horæ ad numerum columnæ 6tæ, ita datæ horæ convertendæ, ad partem pro

portionalem, quæ pro ratione tituli columnæ 6^tæ, aut addenda aut ſubtrahenda erit a datis horis. Praxim exemplum claram reddet: In his Ephemeridibus, Menſe Januario in columna Phœnomenorum ⊙ habetur: *Ingreſſus ⊙ in o* ♒ die 19. h. 5. m. 54. ſ. 53. quæritur Tempus medium.

In columna 5ta, pagina prima Menſis Januarii die 19. pro meridie habetur tempus medium h. o. 11′. 25″, quod, (quia majus eſt horis duodecim) addatur ad datam horam 5. 54′. 53″. erit ſumma h. 6. 6′. 18″. In columna 6ta habetur inter diem 19. & 20. *incrementum diurnum temporis medii* 18″, fiat itaque proportio: ut 24 horæ, ad 18″. ita h. 6. 6′. 18″. ad quartum, erit hic 4″. quæ, (quia tempus medium eſt creſcens) additiva ſunt, erit ergo tempus medium quæſitum h. 6. 6′. 22″.

PROBLEMA II.

Datum Tempus medium convertere in Verum.

Cum obſervationes omnes fiant ad horologia pendula, adeoque Tempora media adſcribantur, dum actu fiunt, opus eſt reductione Temporis medii ad verum, ut habeantur momenta vera Temporis, quibus obſervationes factæ ſunt. Fit hæc converſio eadem prorſus methodo, qua prioris problematis, ſed titulis contrario ſenſu applicatis; id eſt, ſi Tempus medium Ephemeridum ſuperat horas 12. tum reductio eſt *ſubtractiva*, *additiva* contra, ſi tempus medium Ephemeridum minus eſt horis 12. Ex. Gr. Immerſio ſatellitis 1. Jovis Viennæ Auſtriæ 1765. menſe Jan. die civili 3. obſervata eſt contigiſſe hora 5, 59′. 30″, Mane, quæritur tempus verum hujus Immerſionis.

In columna 5ta ad meridiem dati menſis die 2 habetur *Tempus medium meridiei veri*, h. o. 4′ 48″, itaque titulo contrario, ſubtrahantur a dato tempore medio, & habebuntur horæ 5, 54′. 42″. Porro numerus columnæ 6tæ inter diem 2. & 3. Jan. eſt 27″, ſub ſigno + factaque proportione: ut 24. h. ad 5. 54′. 42″. ita 27″ ad 17′. quæ titulo contrario nempe *ſubtrahendo* applicata dant tempus Verum

Immerſionis ſatellitis 1. Jovis die 3. Jan. h. 5. 54′. 25″

Hac methodo obſervationes omnes facta tempore medio (ſeu ad motum horologii exacte correcti) reducuntur ad tempus verum.

USUS COLUMNÆ 7mæ. & 8væ.

PAGINÆ CUJUSVIS MENSIS PRIMÆ.

Numeri hujus columnæ nihil ſunt aliud, quam differentiæ aſcenſionis rectæ Solis culminantis converſæ in Tempus ope Tab. XXII. quæ ſunt veræ diſtantiæ o ♈ a Meridiano, dum Sol culminat. Tempora hæc, vera quidem eſſe, at conſulto non correcta, ope partis proportionalis, datis horis reſpondentis. Quare non eo ſenſu acceptum volumus Tempus hoc verum hujus columnæ, quaſi punctum o ♈, aut ſtella fixa in hoc puncto exiſtens Tempore in columna ſignato culminaret; notum enim eſt, ſi hoc quæratur, adhibendam eſſe correctionem, columnæ 8væ. His poſitis uſus hujus columnæ potiſſimum eſt in inveniendo Tempore vero culminationis ſtellæ cujusdam, cujus nota eſt aſcenſio recta converſa in Tempus.

PROBLEMA III.

Data die invenire Tempus verum culminationis ſtellæ cujusdam in Meridiano Obſervatorii Vienenſis.

E catalogo fixarum, his Ephemeridibus inſerto, excerpatur aſcenſio recta ſtellæ datæ in tempus converſa; excerpatur quoque è columna 7ma, paginæ primæ dati menſis, & datæ diei tempus verum diſtantiæ o ♈ a meridiano, addantur hæc quanta in unam ſummam, dabit hæc (ſi non excedat horas 24.) tempus verum culminationis ſtellæ, ſed nondum correctum; ut habeatur correctum, excerpatur pro data die e columna 8va, acceleratio fixarum præ motu Solis vero, tum fiat proportio, ut 24. h. ad accelerationem fixarum columnæ 8væ, ita horæ culminationis paulo ante inventæ ad partem proportionalem,

ſemper ſubtrahendam ab inventis horis, qua rite applicata, habebitur ſatis præciſum tempus verum culminationis ſtellæ. Quod ſi ſumma Aſcenſionis rectæ, & Diſtantiæ o ♈, excedat horas 24, ſubtrahantur horæ 24, & reſiduæ horæ indicabunt tempus verum culminationis ſtellæ pro data die quæſitum.

EXEMPLUM I.

Quæritur anno præſente die 22. Februarii Tempus verum culminationis *Spicæ* ♍ in meridiano Obſervatorii Viennenſis? In catalogo fixarum horum Ephemeridum habetur aſcenſio recta in tempore ſtellæ *Spicæ* ♍. h. 13. 12′ 51″. In columna 7ma paginæ primæ menſis Februarii, die 22. Diſtantia o ♈ à meridiano h. 1. 35′ 48″. quæ ſimul addita efficiunt horas 14. 48′ 39″. excerpatur è Columna octava acceleratio fixarum præ motu Solis vero pro die 22. Febr. 3′ 48″. fiat analogia; ut 24. h. ad h. 14. 48′ 39″. ita 3′ 48″. ad 2′ 21″. quæ ſubtracta ab h. 14. 48′ 39″. dant tempus verum correctum culminationis *Spicæ* ♍. die 22. Febr. h. 14. 46′ 18″.

EXEMPLUM II.

Quæritur, quonam tempore vero *Arcturus* culminet Viennæ in Obſervatorio hoc anno die 21. Maji, qua die ſol verſatur in ejus parallelo. E catalogo fixarum aſcenſio recta *Arcturi* converſa in tempus habetur numero rotundo: h. 14. 5′ 2″. Diſtantia o ♈. à meridiano die 21 Maji eſt. 20. h. 6′ 36″. harum ſumma habetur 34. h. 11′ 38″ & cum horæ excedant horas 24. abjectis 24. horis habebuntur horæ 10. 11′ 38″. Acceleratio fixarum e Columna 8va, pro die 21. Maji eſt: 4′ 1″. & facta analogia: ut 24 h. ad 10. h. 11′ 38″. ita 4′ 1″. ad 1′ 42″. quibus ſubtractis habetur tempus verum correctum culminationis *Arcturi* die 21. Maji, hora 10. 9′ 56″, ut habent Ephemerides ad hunc diem.

PROBLEMA IV.

Dato Tempore horologii, dum ſtella quæpiam culminat, invenire Tempus verum correctum culminationis ſtellæ, itemque Tempus medium, quod horologium indicare debet Tempore culminationis, ſi recte ordinatum ſit.

Ut brevitati conſulamus, (cum Reſolutio hujus Problematis, a priore Problemate, & antecedentibus dependeat) idem Exemplum declarationi ſerviat.

Die 21. Maji anno præſente Viennæ in Obſervatorio obſervatus eſt culminaſſe *Arcturus* tempore horologii aſtronomici Veſpere h. 10. 6′ 8″. quæritur tempus verum correctum, itemque medium quod horologium indicare debuit, ſi recte ordinatum ſit.

Tempus verum correctum culminationis *Arcturi* inveniatur ex Ephemeridibus, ut Probl. V. dictum eſt, quod repertum habetur: h. 10. 9′ 56″. Tempus hoc verum convertatur in medium per Probl. I. quod invenitur eſſe 10. h. 6′ 8″. quare cum tempus horologii aſtronomici culminante *Arcturo* præciſe etiam ſit h. 10. 6′ 8″. recte igitur ordinatum habetur pendulum horologum.

Quod ſi Tempus medium, hâc methodo repertum, excedat, aut deficiat a Tempore horologii, indicium eſt, horologium accelerare, aut retardare, aut ſaltem Indices non recte eſſe conſtitutos; verum, quanam ex parte horologium corrigendum ſit, per antecedentia Problemata inveſtigandum, itemque per Problemata ſubſequentia in tempus maxime præciſum inquirendum erit.

USUS COLUMNARUM.

PAGINÆ CUJUSVIS MENSIS SECUNDÆ.

Pagina 2da cujusvis menſis ſeptem continetur columnis, quarum *prima* dies complectitur Menſis, *ſecunda* Lon-

gitudines ☉ veras in Ecliptica, dum ſol in Meridiano verſatur, exhibet. *Tertia*: motus ſolis verus horarius continetur, cujus uſus eſt in invenienda longitudine ☉ pro Tempore quovis dato, ut ex ſequenti Problemate conſtat.

PROBLEMA V.

Pro dato quocunque Tempore vero invenire longitudinem ſolis, ſeu locum in Ecliptica, in quo ☉ verſatur.

Quæritur Ex. Gr. die 16. Auguſti h. 4. 40′. 14″ dum Novilunium Eclipticum contingit, quamnam longitudinem Sol illo momento habeat, ſeu in quo loco Eclipticæ verſetur. E columna tertia pagina ſecunda menſis Auguſti pro die 16. excerpatur motus horarius Solis verus 2′. 24″. 5 quæ omnia reducta ad decimas, erunt 2′. 24″. 5 = 1445. hæc multiplicata per datum horarum numerum 4. producunt motum Solis pro horis 4. æqualem 5780. quæratur præterea pars proportionalis pro 40′ 14″ inferendo: ut 60′ ſeu una hora ad 40′ 14″ ita 2′. 24″. 5 ad 1′. 36″. 9. ſeu 969, quæ addita ad 5780, efficiunt ſummam: 6749. ſeu 11′. 14″. 9. hæc addita ad locum Solis Ephemeridum columnæ primæ paginæ ſecundæ menſis Auguſti 16 ♌ 23 gr. 41′. 47″. efficiunt locum Solis in ♌ 23 gr. 53′. 2″.

Notandum: Cum Tempora harum Ephemeridum ſint vera, & aſtronomica, ſi dentur Tempora media, & civilia pro quibus loca ☉ quæruntur, hæc Tempora prius reducenda ſunt ad vera & aſtronomica, quod monitum, & de cæteris omnibus locis ☉, & Planetarum obſervandum eſt.

PROBLEMA VI.

Data differentia Meridianorum inter Meridianum Viennenſem, & loci alicujus Telluris, invenire longitudinem ☉ culminantis pro loco dato, & dicta die.

Quæritur Ex. Grat. Pariſiis anno hoc die 20. Junii quamnam longitudinem habiturum ſit centrum ſolis,

dum in Meridiano Pariſino verſabitur? Diſtantia Meridiani Pariſini à Viennenſi (ut habetur Tab. XXVIII.) eſt 56'. 10". Temporis occidentem verſus.

Cum Tempus verum Viennæ, ſole Pariſiis culminante (ob diſtantiam occidentalem) ſemper ſit 0 h. 56'. 10". adeoque poſt meridiem, ſi pro hoc momento datæ diei, quæratur longitudo ſolis per Probl. V. erit longitudo hæc ſolis inventa, ea ipſa, quæ quæritur pro momento culminationis loci Pariſini, reperitur nempe per Reſolutionem Probl. V. pro die 20. Junii ♊ 29 gr. 14'. 48".

Quod ſi diſtantia dati Meridiani ſit orientalis reſpectu Meridiani Viennenſis, hæc diſtantia temporaria Tabulæ XXVIII. ſubtracta ab horis 24, dat horam, quæ eſt Viennæ, dum ſol in loco orientaliore culminat, & quidem horæ repertæ ſemper ſunt diei antecedentis. Quæritur Ex. Gr. Longitudo ſolis culminantis Petropoli in Moſcovia anno præſente die 23. Julii. Juxta Tab. XXVIII. Petropolis orientalior habetur Meridiano Viennenſi 55'. 50". Temporis, quibus ſubtractis ab horis 24. relinquitur hora 23. 4'. 10", quæ eſt Viennæ ſole Petropoli culminante, pro quo tempore inventa longitudo ſolis per Probl. V. habetur ♌ 0 gr. 39'. 3".

USUS COLUMNÆ 5tæ & 6tæ.

PAGINÆ CUJUSVIS MENSIS SECUNDÆ.

Columna *tertia* & *quarta* habentur Aſcenſiones rectæ ☉ culminantis, columna *tertia* has in gradibus, *quarta* in Tempore exhibet. Uſus harum hic eſt.

PROBLEMA VII.

Ope aſcenſionis rectæ ſolis in Tempore, invenire Tempus verum culminationis ſtellæ cujuſdam.

Quæritur Ex. Gr. die 21. Maji 1765. quonam tempore vero culminet *Arcturus* in Obſervatorio Viennenſi? Ab aſcenſione recta *Arcturi* in Tempore, quæ habetur in

Catalogo fixarum harum Ephemeridum 14 h. 5′. 2″. ſubtrahatur datæ diei 21 Maji aſcenſio recta Solis converſa in tempus, quæ eſt, 3 h. 53′. 24″. reſiduum 10 h. 11′. 36″. corrigatur ope columnæ 8væ pag. 1. hujus menſis ſubtrahendo partem proportionalem 1′. 42″. & habebitur tempus verum correctum culminationis *Arcturi* die 21. Maji h. 10 9′. 56″. prorſus idem, quod Problemate III. Exemplo II. repertum habebatur.

Quod ſi Aſcenſio recta ſtellæ minor ſit aſcenſione recta ſolis, Aſcenſio recta ſtellæ augenda eſt horis 24. ut ſubtractio Aſcenſionis rectæ ſolis inſtitui poſſit. Aſcenſionis rectæ converſæ in tempus per quam commodus uſus eſt, in Planetarum culminationibus.

USUS COLUMNÆ 6tæ & 7mæ.

PAGINÆ CUJUSVIS MENSIS SECUNDÆ.

Columna *Sexta* Declinationem ☉ culminantis in dies ſingulos calculo trigonometrico ad angulum Eclipticæ pag. quinta relatum determinatam exhibet, cujus uſus, præter cæteros, ſequentia Problemata complectuntur.

PROBLEMA VIII.

Dato quovis Tempore invenire declinationem ☉.

Reſolutio hujus Problematis eadem eſt, quæ Problematis V. Hic adnotaſſe juverit, quod Problemate V. monitum, ſi præciſa deſideretur Declinatio, eam methodo Trigonometrica eruendam eſſe, propterea, quia hæc creſcit, vel decreſcit non ratione temporis, ſed longitudinis ☉ in Ecliptica.

PROBLEMA IX.

Data altitudine centri ☉ meridiana vera, dataque declinatione ☉, invenire latitudinem loci, & altitudinem Æquatoris ſupra horizontem.

Vide Ephem. An. prior.

PROBLEMA X.

Data altitudine vera Aſtri cujusvis ſupra horizontem, dataque elevatione Poli, invenire Tempus verum factæ obſervationis, & viciſſim dato tempore vero invenire altitudinem Aſtri cujusvis ſupra horizontem.

Reſolutio hujus Problematis utiliſſimi, unica fere eſt methodus, eaque tutiſſima, quæ ab obſervatoribus Navarchis in mari navigantibus uſurpari ſolet ad reperiendum tempus verum factæ alicujus obſervationis aſtronomicæ. Maximi quoque uſus eſt Aſtronomis ſive in itinere conſtitutis, ſive in locis peregre verſantibus, atque inſtrumentorum apparatu deſtitutis, aut etiam in Obſervatoriis inſtructiſſimis pro tempore inclementiæ aëris, qua ſeu culminationes ſolis, & fixarum, ſeu correſpondentes altitudines per dies aliquot obſervandæ impediuntur. Reſolutio autem Problematis ſequens eſt, quæ in Trigonometria ſphærica paſſim demonſtrata reperitur.

I. *Altitudo exacte obſervata Aſtri cujusdam, ad veram* (correcta refractione & parallaxi, & aliis) *reducatur.*

II. *Ex Ephemeridibus calculetur Declinatio Aſtri pro ratione differentiæ Meridianorum à loco Ephemeridum, & pro tempore circiter accepto factæ obſervationis.*

III. *Addantur in unam ſummam: Complementum altitudinis veræ Aſtri; Complementum elevationis Poli loci dati, & diſtantia Aſtri à Polo;* Eſt autem hæc diſtantia ſemper æqualis 90. gradibus *minus* Declinatione Aſtri, ſi tam Declinatio, quam elevatio poli ſint ejusdem denominationis, contra vero, ſi diverſæ ſint denominationis, erit diſtantia Aſtri æqualis 90. gradibus *plus* Declinatione Aſtri.

IV. *Hujus ſummæ accipiatur ſemiſſis, ab hac ſemiſſe ſubtrahatur* Primo *Complementum elevationis Poli, ut habeatur* Exceſſus Primus; *Ab eadem ſemiſſe auferatur Diſtantia Aſtri à Polo, & habebitur* Exceſſus Secundus.

V. *Sumantur Logarithmi ſinus horum duorum Exceſſuum addanturque ad Logarithmum duplum Radii, ſeu ſinus Totius dein ab hac ſumma ſubtrahatur ſumma Logarithmi ſinus complementi elevationis Poli, plus Logarithmo ſinus diſtantiæ Aſtri à Polo. Demum Reſidui Logarithmi accipiatur ſemiſſis, erit hæc ſemiſſis Logarithmus ſinus arcus cujusdam, qui duplicatus dat diſtantiam Aſtri à Meridiano in gradibus*, qua habita habetur quoque Tempus verum acceptæ altitudinis, ut infra oſtendam.

Ex. Gr. Anno 1757. à navigantibus in mari Atlantico haud procul ab Inſ. Ferri ſub Latitudine Boreali 17 gr. 47′. atque haud procul à *Meridiano Primo*, die 30 Julii, in cujus noctem incidit obſervatio Eclipſeos Lunæ, ad explorandum motum horologii aſtronom. à Navarcho obſervata habetur altitudo centri Solis, à Refractione & cæteris correcta, ſeu vera, 42 gr. 35′. ſole verſante in Plaga occidentali, Tempus horologii erat h. 3. m.15. Quæritur *Tempus verum.*

Ante calculum Trigonometricum, pro tempore circiter tantum accepto horologii, reperiatur Declinatio ſolis ex Ephemeridibus, quæ erit 18 gr. 24′. 59″. ſeu 18 gr. 25′. Borealis, igitur:

Complem. Altitud. ☉	=	47° 25′.	
Complem. Elevat. Poli.	=	72. 13.	
Diſtantia ☉ à Polo	=	71. 35.	
Summa	=	191. 13.	
Semiſſis	=	95. 36½.	
Complem. Elevat. Poli	—	72. 13.	
Exceſſus Primus	=	23. 23½.	Log. ſin. = 9, 59880.
Diſtantia ☉ à Polo	—	71. 35.	
Exceſſus ſecundus	=	24. 1½.	Log. ſin. = 9, 60973.
		Duplus Log. ſin. Tot.	= 20, 00000.

Log. ſin. 72° 13′	= 9, 97766.	Summa	= 39, 20853.
Log. ſin. 71. 35.	= 9, 97716.	- - -	— 19, 95482.
Summa	= 19, 95482.	Reſiduum	= 19, 25371.
		Semiſſis	= 9, 62685.

Hæc ſemiſſis ultima (9, 62685) eſt Log. ſinus arcus 25 gr. 3′. 20″. cujus duplum 50 gr. 6′ 40″ converſum in Tempus ope Tab. XXVII. dat horam 3. 20′ 27″ igitur cum Tempus horologii fuerit h. 3. m. 15. noſcitur tardius indicare Tempus verum 5′. 27″.

Quando obſervata habetur altitudo vera ſtellæ fixæ, aut Planetæ, hoc caſu, præter jam dicta, calculandum eſt quoque Tempus culminationis ſtellæ, aut Planetæ pro loco obſervationis ſecundum differentiam Meridianorum, vel certam ex Ephemeridibus, vel circiter ex Mappis Geographicis, aut Nauticis acceptum, & quidem pro die obſervationis, & die antecedente, vel conſequente, prout obſervatio facta ante, vel poſt culminationem exigit. *Secundo*, arcus ope calculi trigonometrici paulo ante expoſiti repertus in gradibus. non per Tabulam XXVII, ſed ope hujusmodi Analogiæ convertendus eſt in Tempus: ut *360. gr. ad revolutionem integram ſtellæ, aut planetæ in Tempore* (id eſt temporis intervallum inter duos appulſus conſequentes ad Meridianum) *ita inventa diſtantia Aſtri à Meridiano in gradibus, ad Tempus quæſitum.* Quod Tempus à Tempore culminationis Aſtri *ſubtractum* (ſi obſervatio facta fuit in plaga orientali) vel *additum* (ſi obſervatio fuit in plaga occidentali) dabit Tempus verum factæ Obſervationis.

Ex. Gr. In Obſervatorio Regio Viennenſi Anno 1757. die 31. Martii veſpere circa horam 9. ſub ipſa obſervatione congreſſus ☽ cum *α* ♌, ſeu *Regulo*, obſervata eſt altitudo apparens *Reguli* in plaga orientali fuiſſe 54 gr. 50′. quæ a refractione &c. correcta, vera habetur: 54 gr. 49′. 30″. Declinatio correcta *Reguli* pro hoc Tempore eſt, 13 gr. 8′. 40″. Latitudo Vienn. 48 gr. 12′. 48″. culminat *Regulus* Viennæ die 31 Martii h. 9. 13′. 56″. intervallum revolutionis *Reguli* habetur; 23 h. 56′. 20″. His poſitis:

Complem. Alt. α ♌ =	35°. 10'. 30''.				
Complem. Elev. Poli =	41. 47. 12.				
Diſtant. α ♌ à Polo =	76. 51. 20.				
Summa =	153. 49. 2.				
Semiſſis =	76. 54. 31.				
Complem. Elev. Poli —	41. 47. 12.				
Exceſſus primus =	35. 7. 19.	Lo. ſin. =	9,75993.		
Diſtantia α ♌ à Polo —	76. 51. 20.				
Exceſſus ſecundus =	0. 3. 11.	Lo. ſin. =	6,96654.		
		Dupl. Log. S.T. =	20,00000.		
Log. ſinus, 41°. 47'. 12'' =	9,82370.	Summa	36,72647.		
Log. ſinus, 76. 51. 20. =	9,98846.	- - -	19,81216.		
	Summa 19,81216.	Reſi. =	16,91431.		
		Semiſſis =	8,45715.		

Hæc ſemiſſis (8,45715.) eſt Log. ſinus arcus 1 gr. 38'.30''. cujus duplum 3 gr. 17'. 0''. converſum in Tempus ope ante dictæ Analogiæ: ut 360 gr. ad 23 h. 56'. 20''. ita 3 gr. 17'. 0''. ad 13'. 6''. quæ (13'. 6''.) ſubtracta à Tempore vero culminationis α ♌ die 31 Martii, nempe à 9 h. 13'. 56''. dant Tempus verum factæ obſervationis 9 hora 0'. 50'', prorſus idem, quod ex ipſa obſervatione ad hunc diem relata, obtinueram.

Quod ſi jam dato Tempore vero, quæratur aſtri alicujus altitudo vera ſupra horizontem loci dati, in hanc ope ſequentium binarum analogiarum inquirendum eſt:

A N A L O G I A . I^ma.

Ut ſinus Totus ad ſinum complementi arcus (qui eſt intervallum converſum in gradus, inter culminationem aſtri, & datum Tempus) *ita tangens complementi Elevationis Poli ad tangentem arcus cujusdam, qui interea appelletur X.*

Hic arcus X. ſubtrahatur à diſtantia Aſtri à Polo, (*quæ eſt, ut ante dictum, 90 gr. minus declinatione Aſtri, ſi ſint ejusdem denominationis, contra ſi ſint diverſæ, erit diſtantia Aſtri à Polo, 90 gr. plus declinatione Aſtri*) & habebitur arcus, qui appelletur Y.

Nota : *Si intervallum inter culminationem aſtri, & datam horam excedat horas 6, ſeu majus ſit 90. gradibus, arcus X. addendus eſt ad diſtantiam Aſtri à Polo, ut habeatur arcus Y.* Tum fiat ſecunda Analogia.

ANALOGIA IIda.

Ut ſinus complementi arcus X, ad ſinum complementi arcus Y, ita ſinus elevationis Poli, ad ſinum altitudinis veræ Aſtri ſupra horizontem.

Praxis idem exemplum clarum reddet: ſit Ex. Gr. quærenda altitudo vera *Reguli* in Obſervatorio Regio Vien. Anno 1757. die 31. Martii h. 9. 0′. 50″, poſt meridiem. Culminat *Regulus*, h. 9. 13′. 56″. intervallum culminationum conſequentium eſt, 23 h. 56′. 20″. intervallum Temporarium inter culminationem *Reguli*, & datum Tempus eſt, 13′. 6″, quod converſum in gradus ope analogiæ: ut 23 h. 56′. 30″. ad 360 gr. ita 13′. 6″, ad 3 gr. 17′. 0″. quibus habitis.

Sinus Compl. arcus 3° 17′ = 86° 43′. Logar. = 9, 99928.
Tang. Compl. Elev. Poli = 41′. 47′. 12″. Log. = 9, 95117.
Summa = 19, 95045.
Logarith. S. T. — 10, 00000.
Logarith. Tang. arcus X = 9, 95045.
Habetur ergo arcus X = 41° 44′. 20″.
Diſtantia α ♌ à Polo = 76. 41. 20.
Arcus Y = 35. 7. 0.
Sinus Compl. arcus Y. = 54° 53′. 0. Log. = 9, 91275.
Sinus Elevat. Poli = 48. 12. 48. Log. = 9, 87250.
Summa = 19, 78525.
Sinus Compl. arcus X = 43° 15′. 40″. Log. — 9, 87284.
= 9, 91241.

Huic Logarithmo reſpondet ſinus arcus 54 gr. 49′. 20″. quæ eſt altitudo vera *Reguli* pro dato Tempore, cui ſi applicetur refractio &c. habebitur altitudo apparens 54 gr. 49′. 58″. obſervatio hanc exhibet ad hunc diem 54 gr. 50′. 0″.

USUS PAGINÆ CUJUSVIS MENSIS TERTIÆ.

Pagina cujuſvis menſis Tertia, in novem diſtincta habetur columnas, quæ omnes Solem attinent. *Prima* habet dies menſis, tres ſequentes columnæ ſolis culminantis diametros apparentes, moras diſci ⊙ per meridianum, & ejusdem diſtantias à Tellure in dies ſingulos ſupputatas complectuntur, quarum hic potiſſimum uſus habetur.

USUS COLUMNÆ 2dæ 3tiæ & 4tæ.

PAGINÆ CUJUSVIS MENSIS TERTIÆ.

Secunda columna diametros ⊙ culminantis apparentes in dies ſingulos exhibet in partibus circuli maximi ſecundum Anomaliam ⊙ diurnam e Tabulis D. de la Caille calculata; Hæ diametri ⊙ apparentes nihil aliud ſunt, quam arcus circuli maximi, quos diſcus ⊙ ſubtendit, e Terra viſus, qui pro ratione diſtantiæ a terra variantur; præſente anno diameter ⊙ minima 31 m. 34 ſ. 4. habetur die 29. Junii, quo die ſcilicet ⊙ eſt Apogæus. Maxima è contra 32 m. 39 ſ. 2. apparet die 29. Decembr. ſole Perigæo. Uſus hujus 2dæ columnæ hic eſt.

PROBLEMA XI.

Data altitudine viſa limborum ⊙ culminantis invenire altitudinem veram centri ⊙.

Notum eſt Aſtronomis practicis, altitudinem centri ⊙ culminantis per inſtrumenta immediate, & accurate determinari non poſſe ob amplitudinem diſci, ſed eam obtineri ope altitudinis limborum per filum fixum, aut mobile micrometri captam & menſuratam. Hinc praxis quidem exigit, ut ope ejusdem micrometri eodem Tempore, quo altitudo limbi alicujus definitur, menſuretur quoque diameter ⊙ apparens, atque hæc dimidiata, & correcta

(per refractionem, & parallaxim) ab altitudine limbi ſuperioris ſubtrahatur, aut ad limbum inferiorem addatur; ut obtineatur altitudo centri ☉ vera. At enim, quia ſæpiſſime contingere notum eſt, ob circumſtantias varias, diametrum apparentem actu, dum altitudo limbi capitur, menſurari non poſſe; uſus hujus columnæ 2dæ hoc caſu per quam commodus eſt. Ut Exemplo declaratur.

EXEMPLUM.

1765. die 19. Martii ipſa nempe, qua conſtat ex Ephemeridibus hora 21. 24′. 14″. contingere debere æquinoctium vernum, ſole culminante in Obſervatorio Vienn. obſervata ſupponitur altitudo viſa limbi Solis ſuperioris 41 gr. 43′. 33″. ſubtractis 1′. 7″. ob correctionem refractionis & parallaxis, reſtat altitudo limbi ſuperioris vera 41 gr. 42′. 26″. excerpatur ex Ephemeridibus diameter ſolis apparens ad diem 19. Martii, quæ habetur 32′. 12″, cujus ſemiſſis 16′. 6″. ſubtracta ab altitudine limbi ſolis ſuperioris vera & correcta dat quæſitam altitudinem centri ſolis culminantis veram die 19 Martii 41 gr. 26′. 20″. inde colligitur ſolem nondum ingreſſum eſſe o ♈ cum reperta altitudo ſolis meridiana minor ſit altitudine Æquatoris Viennenſi, quæ habetur 41 gr. 47′. 28″.

Quod ſi obſervata ſit altitudo limbi ☉ inferioris, hoc caſu, ſemidiameter ſolis apparens addenda erit.

Idem hoc Problema facile applicatur ad omnes altitudines limborum ☉ ſupra horizontem viſas.

Columna 3tia ejusdem paginæ moras tranſitus diſci ☉ per meridianum in uſus ſequentes complectitur.

PROBLEMA XII.

Invenire momentum verum Temporis dum ſolis centrum in Meridiano Viennenſi culminat.

Ex uſu obſervationum aſtronomicarum conſtat, ſi momentum Temporis accuratum deſideretur, quo centrum ☉ culminat (ſeu in id inquiratur per lineam Me-

ridianam, ſeu per tubos meridianos filis verticalibus inſtructos, ſeu quacunque methodo, quæ diſcum ☉ exhibet) opus eſſe, ut notentur accurate momenta horologii, dum limbus ☉ occidentalis & orientalis ad fila meridiana appellit. Tempus enim horologii, quod inter appulſum limbi orientalis, & occidentalis interlapſum eſt, diviſum bifariam, & vel Tempori appulſus limbi occidentalis, ſeu prioris additum, vel à Tempore appulſus limbi orientalis, ſeu poſterioris ſubtractum, dat momentum verum Temporis, quo centrum ☉ in meridiano culminabat. Praxim in Tironum uſum exemplo declaraſſe juverit.

EXEMPLUM.

1758. die 22. Septembris, quo Æquinoctium autumnale contigit, ad horologum pendulum exactum Viennæ in Obſervatorio habetur limborum ☉ ad lineam meridianam appulſus Tempore medio.

	H.	M.	S.	
Appulſus limbi ☉ occident.	11.	51.	31.	Differentia.
limbi ☉ orient.	11.	53.	39.	2 m. 8 s.
+ vel —		1.	4.	dim. 1 m. 4 s.
Tempus medi. cent. ☉ culm.	11.	52.	35.	

Quia vero, cœlo non favente, aut ob alias circumſtantias utriusque limbi ☉ appulſus, ſæpe haberi nequeunt, defectum hunc ſupplet columna 3tia paginæ cujusvis menſis 3tiæ moram tranſitus diſci ☉ per meridianum in dies ſingulos exactæ exhibens; cujus ope (obſervato alterutrius limbi duntaxat appulſu) momentum verum Temporis haberi poteſt centri ☉ culminantis.

Uſus autem hic eſt, Tempus in hac columna ſignatum dividatur bifariam, hujus dimidium ad Tempus obſervationis limbi occidentalis, ſeu prioris *additum*, aut à Tempore obſervationis limbi orientalis, ſeu poſterioris *Subtractum*, exhibet momentum verum Temporis centri ☉ culminantis.

EXEMPLUM I.

1757. Die 15. Januarii obſervatur Tempore medio horologi penduli, in tubo Quadrantis fixi Meridionalis.

	H.	M.	S.
Appulſus limbi ☉ occid.	0.	8.	55.
dimid. moræ Tranſit. Ephemer.	+	1.	10.
momentum Ver. culm. centri ☉	0.	10.	5.

EXEMPLUM II.

1757. Die 21. Februarii in linea Meridiana.

	H.	M.	S.
Appulſus limbi ☉ orient.	0.	15.	10.
dimid. moræ Tranſit. Ephemer.	—	1.	6.
momentum Ver. culm. centri. ☉	0.	14.	4.

Columna 4ta paginæ tertiæ cujusvis menſis logarithmum diſtantiarum ſolis à Tellure (ſupponendo ſemi-axem majorem elipſeos orbitæ Telluris = 1) ad dies ſingulos exhibens, in calculandis Lunæ, aliorumve Planetarum diſtantiis, & angulis quam plurimos in Aſtronomia practica uſus habet, quos brevitatis cauſa prætermittere cogor.

PROBLEMA XIII.

Dato tempore factæ obſervationis ſecundum horologium, cujus motus, & indices à tempore medio aberrant, datis item duabus Meridiebus obſervatis ad idem horologium, invenire Reductionem obſervationis ad Tempus verum.

Ex. Gr. ſit Viennæ An. 1765. die 3. Januarii Mane obſervata Immerſio Satellitis I. Jovis tempore horologii hora 6. 4′. 5″. ſeu tempore Aſtronomico die 2. Jan. hora 18. 4′. 5″. habentur autem momenta centri ſolis culminantis, ſeu ex linea Meridiana, ſive ex altitudinibus ☉ correſpondentibus *ad idem horologium* factis pro die 2 Jan. 0 h. 9′. 15″. & pro die 3. Jan. h. 0. 9′. 49″.

Supponitur autem horologium motum habere æquabilem, licet acceleratum, aut retardatum reſpectu temporis medii.

I. Cum tempus verum in Meridie ſemper ſit h. o. o′ o″ patet horologium die 2. Jan. ſupra tempus verum indicaſſe 9′. 15″. & die 3. Jan. 9′ 49″. liquet etiam horologium hoc non indicare tempus medium, cum tempus medium pro die 2. Jan. ſit h. o. 4′. 49″. & pro die 3 Jan. o. 5′ 16″. neque etiam accelerationem habere reſpondentem motui medio, cum acceleratio horologii ſit 34″. quæ eſſe deberet 27″. itaque.

II. Quæratur, pro tempore obſervationis, ſeu pro hora 18. 4′. 5″. pars proportionalis accelerationis horologii, inferendo ut 24. horæ ad 34″ (*accelerationem horologii*) ita h. 18. 4′. 5″. ad 25″. hæc 25″. addita ad tempus Meridiei (*cum ſit creſcens*) diei 2. Januarii, efficiunt Reductionem temporis horologii factæ obſervationis ad tempus verum = 9′ 40″. quare cum tempus horologii hac quantitate ſuperaverit tempus verum, dum obſervatio fieret, ſequitur, hæc 9′. 40″. eſſe *ſubtractiva* à tempore obſervationis, quapropter tempus verum factæ obſervationis Immerſionis I. Satel. Jovis die 2. Jan. erat h. 17. 54′. 25″. ſeu die civili 3. Jan. h. 5. 54′. 25″.

Si tempus horologii ſit reſpectu temporis veri Meridiei retardans, patet reductionem fore *additivam*. Ex. Gr. ſit eadem Immerſio I. Satel. obſervata die 2. Jan. h. 17. 51′ 10″ ſint autem Meridies ad idem horologium obſervatæ pro die 2. Jan. h. 23. 56′. 32″. & pro die 3. Jan. h. 23. 56′. 50″. ex quibus patet, horologium deficere à tempore vero die 2. Jan. per — 3′. 28″. & die 3. Jan. — 3′ 10″. & accelerationem eſſe + 18″. quare facta proportione accelerationis pro tempore obſervationis ſeu pro horis 17. 51′. 10″. reperitur acceleratio + 13″. quæ addita ad tempus Meridiei diei 2. Jan. efficiunt h. 23. 56′ 45′. quod à tempore vero deficit per 3′ 15″. hæc ergo 3′. 15″. *addita* ad tempus obſervationis h. 17. 51′. 10″. efficiunt tempus verum Immerſionis I. Satel. obſervatæ. h. 17. 54′. 25″.

Problema hoc in gratiam Obſervatorum minus exercitatorum adjectum volui, eo, quod experientia edoctus, pleræque horum Obſervatorum inutiles reddantur obſervationes ob ſolam reductionem temporis factæ obſervationis ad tempus verum.

USUS COLUMNÆ 6, 7, & 8vae.

PAGINÆ CUJUSVIS MENSIS TERTIÆ.

Columnæ, 5 & 6. *ortus* & *occaſus* centri ☉ *veros* in horizonte Viennenſi ad dies ſingulos complectuntur; Duplex Aſtronomis habetur ortus, aut occaſus, *Apparens* alter, alter *verus*. *Apparens* ortus dicitur, dum in horizonte oculis primum conſpicitur aſtrum; occaſus item *apparens*, dum in horizonte occiduo primum viſui aſtrum eripitur. *Verus* è contra ortus aſtri habetur, dum reipſa primo horizontem attingit, & occaſus *verus*, dum reipſa horizontem occiduum relinquit. Notum enim è legibus dioptricæ radios e medio rariore in denſius, quale eſt noſtra athmoſphæra, refringi ad perpendiculum. Hinc videri ſolem Ex. Gr. oriri, dum adhuc reipſa infra horizontem latet, & videri adhuc in horizonte occiduo, dum jam reipſa infra hunc occidit. Refractio itaque ſidera ſupra horizontem attollit, quo fit, ut *apparentes* ortus pro ratione refractionis contingant citius, *apparentes* autem occaſus, ſerius *veris*. Refractio hæc pro varietate locorum varia eſt, varia quoque pro ratione altitudinis ſiderum ſupra horizontem, maxima eſt in horizonte, nulla in zenith.

Tabula XXII. ad uſus refractionis ſupputata habetur, è qua, ſi refractio maxima, quæ eſt 33 m. 45 s. convertatur in Tempus, habetur acceleratio ortus veri, aut retardatio occaſus veri ſub latitudine loci Viennenſis circiter 3 m. 30 s. ut inferius declarabitur.

Columna denique 8va paginæ cujusvis menſis *Tertiæ* Phænomena & obſervationes Solis præcipuas ob oculos, ponit; Reperiuntur ſcilicet in hac columna conjunctiones ſolis cum Planetis tam ſuperiores, quam inferiores, quæ obſervationes maxime faciunt ad Theoriam Plane-

tarum magis excolendam, cum hoc caſu loca heliocentrica ſint quoque geocentrica. Indicantur Tempora, quibus ſol ſit Perigæus, aut Apogæus, ut circa hæc Tempora, methodo Flamſteediana accuratius in hæc puncta per obſervationes inquiratur, quæ methodus, cum requirat exactam ſolis cum ſtellis fixis comparationem, quoad aſcenſionem rectam, hæc autem tutiſſime inſtituatur, dum ſol in earundem parallelis verſatur, hinc in hanc columnam haud paucos dies inſeruimus, quibus ſol verſatur in parallelo ſtellarum declinationem ſolis non excedentium. In hac quoque columna determinata habentur Tempora vera, quibus ſol ſignum quoddam Zodiaci ingreditur, e quibus præcipua ſunt Æquinoctialia, & ſolſtitialia, illa, ut admoneant obſervationibus Præceſſionum punctorum Æquinoctialium, hæc ſtatuendæ obliquitatis Eclipticæ incumbendum eſſe; verbo: ea inſerta reperiuntur, quæ ad Theoriam ſolis, & ſyſtematis ſolaris maxime facere arbitrabar.

USUS PAGINÆ CUJUSVIS MENSIS QUARTÆ.

Quarta cujusvis menſis pagina in 8 diſtincta columnas ad lunam, Planetam nobis viciniſſimum, at maxime laborioſum pertinet. Longitudines, Latitudines, & loca nodorum, è recentiſſimis, accuratiſſimisque Tabulis *Cel. D. Tobiæ Mayer* ſupputavi. Parallaxes & Diametri horizontales è meis ſupputatæ ſunt Tabulis, quas Anni 1764 Ephem. adjeci.

Quod calculum Aſcenſionum rectarum, & Declinationum hujus paginæ attinet, hunc calculo trigonometrico ſuppoſitis Tabulis meis item in appendice relatis à me ſupputatum eſſe monuiſſe ſufficit.

Praxim harum columnarum, quod attinet, eadem eſt, quam locorum ſolis determinandorum ſupra Problematibus V, VI, VIII, & aliis retuli.

USUS PAGINÆ CUJUSVIS MENSIS QUINTÆ.

Pagina cujusvis menſis *quinta* in 9. columnas partita habetur: quarum *Prima* dies Menſis, *Secunda* autem Tempora vera Tranſituum centri lunæ per Meridianum Obſervatorii Cæſ. Reg. Viennenſis, in dies item ſingulos, excepta die conjunctionis, qua nullus contingit Tranſitus, exhibet; Sunt quidem hæc tempora operoſe, & minutorum tertiorum etiam habita ratione calculata, quia tamen calculus momentorum culminationis centri lunæ, primum quidem à longitudine lunæ è tabulis ſupputata, dein à Declinatione lunæ, & aſcenſione recta tam ſolis, quam lunæ dependet, eam præſeferunt præciſionem, quam habent prius dictæ determinationes, unius nempe minuti primi. Uſus autem varii hujus columnæ ſuis locis referentur. Columna *Tertia* Altitudinem apparentem centri lunæ culminantis, *Quarta* Moram Tranſitus diſci ☽ per Meridianum, *Quinta* Diametros apparentes lunæ culminantis continet. Altitudo apparens inſervit ad collocationem prævíam inſtrumentorum culminationi lunæ inſervientium, mora autem tranſitus diſci ad inveniendum momentum verum culminationis centri lunæ, quemadmodum ſupra de Sole problemate XV. retuli; mora dimidia Ephemeridum, à Novilunio ad Plenilunium, obſervationibus limbi occidentalis addenda, à Plenilunio autem ad Novilunium ab obſervationibus limbi orientalis ſubtrahenda venit.

Columnæ 6, 7, 8, & 9na congreſſus arctiores lunæ cum fixis & Planetis ſine reſpectu Parallaxeos, aut Refractionis, ſecundum Longitudinem & Latitudinem ſupputatos exhibent, in his ii duntaxát congreſſus referuntur, in quibus diſtantia centri lunæ vera gradum unum haud multum excedit, reliqui remotiores inter Phænomena lunæ Pagina ſequente recenſentur. Aſteriſmus (*) congreſſum Viennæ viſibilem, (☽) occultationem fixæ in hemiſphærio boreali alicubi obſervandam, hoc vero (* ☽) occultationem Viennæ ſpectandam indicat.

USUS PAGINÆ CUJUSVIS MENSIS SEXTÆ.

Prima columna complectitur dies menſis, ſecunda Phænomena, & obſervationes lunæ exhibet; referuntur in hac Lunæ Phaſes præcipuæ, Eclipſes, Apogæa, & Perigæa lunæ, quibus temporibus (notis methodis) diametri ☽ diligenter menſurandæ, & in parallaxes horizontales inquirendum. Adnotantur quoque in hac columna tempora, quibus luna ad ſuos nodos pervenit, congreſſus item lunæ cum fixis & Planetis, remotiores quidem, quam illi ſint, qui præcedente pagina referuntur, attamen intra limites graduum aliquot, aut Conjunctiones hujusmodi arctiores, quæ in aliis duntaxat horizontibus viſibiles ſunt. Oppoſitiones item lunæ cum Planetis, & cætera quæ opportune adferenda cenſebam.

Columna altera Paginæ ſextæ Phænomena Planetarum continet, in qua quam plurima referuntur, quæ ad obſervationes Planetarum accurate inſtituendas requiruntur, congreſſus maxime Planetarum vel inter ſe vel cum fixis, eorundem digreſſiones, & elongationes, loca nodorum, Perihelia, & Aphelia, & reliqua ad horum Theoriam neceſſaria. Paralleli item fixarum, in quibus ſignata die verſantur Planetæ, quæ obſervationes, quia (notis methodis) etiam cum Planetis extra circulum Meridianum verſantibus inſtitui poſſint, plurimum perficiendæ Planetarum Theoriæ utiles ſunt.

USUS PAGINÆ CUJUSVIS MENSIS SEPTIMÆ.

Hæc pagina in 7. diviſa columnas in ſenos quosvis dies reliquorum quinque Planetarum ♄, ♃, ♂, ♀, & ☿ *ortus apparentes, Tempora vera culminationum in Meridiano Viennenſis Obſervatorii, eorundem longitudines, latitudines, & declinationes veras ſole culminante, item occaſus apparentes exhi-*

bet; uſus harum columnarum idem eſt, quem ſupra de declinatione ſolis, & lunæ, & in aliis Problematibus declaravimus; id ſolum notandum, quod cum in hac pagina non in dies ſingulos, ſed in ſenos, aut ſeptenos exhibeantur Planetarum loca, ſi pro intermediis Temporibus locus alicujus Planetæ quæratur, pro primo termino analogiæ ſexies, aut ſepties 24. horæ ponendæ veniant.

USUS PAGINÆ CUJUSVIS MENSIS OCTAVÆ.

In hac Columna pro tempore civili Eclipſes omnes quatuor ſatellitum Jovis è meis manuſcriptis Tabulis exhibentur. De his notandum venit; cum calculus harum eclipſium centra ſatellitum reſpiciat, Tempora Immerſionum calculata præcedunt plerumque tempus obſervatum, & contra in Emerſionibus tempus obſervatum præcedit plerumque tempora calculata, ita quidem ut in Satellite I. dimidium minuti primi, in IIdo unius, in IIItio duorum, in IVto etiam trium vel quatuor minutorum primorum differentia plerumque habeatur, maxime ſi tubo præſtante obſervationes inſtituantur.

Aſteriſmus (*) admonet Immerſionem aut Emerſionem, aut etiam Conjunctionem IV. ſatellitis in horizonte Viennenſi viſum iri. Littera M. vocem *mane*, V. *Veſpere* indicat.

USUS PAGINÆ CUJUSVIS MENSIS NONÆ.

De apparente ſitu ſatellitum Jovis.

Pagina cujusvis menſis nona exhibet Situm IV. ſatellitum Jovis apparentem, & quidem tubo aſtronomi-

co, hoc eſt, ſitu inverſo, Tempore civili vero, pro hora in titulo cujusvis menſis adnotata. De hac Pagina Sequentia monenda veniunt: Imo Circellum intermedium repræſentare diſcum Jovis, puncta circa diſcum hinc inde ſignata adjectis numeris indicare ſatellites, & quidem eosdem; quos ſociati numeri denotant; ſi numerus inter punctum, & diſcum Jovis reperiatur, indicat ſatellitem ad diſcum Jovis accedentem, ſecus ſi punctum inter numerum, & diſcum Jovis ſitum ſit, recedentem à Jove ſatellitem ſignificat. IIdo Sciendum, quod ſi ſatelles pro tempore ſitus exhibiti verſetur in Umbra Jovis, aut poſt ejusdem diſcum, hunc ex ordine exemptum, atque ad marginem poſitum, majore nigro puncto deſignatum eſſe, & quidem adjecto numero, prout is aut accedens, vel recedens à Jove reperitur. Si vero ſatelles verſetur ſupra diſcum Jovis, id eſt in parte orbitæ ſuæ inter Jovem & terram poſitæ, is item ad marginem poſitus per Zerum deſignatur. Sub hoc habetur ſitus apparens ſatellitum Jovis pro tempore Immerſionis, aut Emerſionis cujusdam ſatellitis videndæ in noſtro horizonte. Hunc ſitum eorum obſervatorum gratia inſerui, qui Theoriam ſatellitum ignorantes, neſciunt, quanam in parte, aut in quanam à Jove diſtantia ſatelles, aut etiam quinam è duobus Jovi vicinis eclipſim patietur.

Menſes omnes terminat pagina 105, Phaſes Veneris primo cujusvis menſis die ſitu recto exhibens, de hac, uti, & ſequente Tabula ſyſtematis ſolaris, cum omnia clara exiſtimem, quæ moneam, haud invenio.

EXPLICATIO, ET USUS CATALOGI STELLARUM FIXARUM.

Præmitto Tabulis aſtronomicis catalogum 251. fixarum inſignium uſibus quotidianis Aſtronomiæ practicæ quam maxime neceſſarium, excerptum è *Fundamentis Aſtronomiæ* celeberrimi Academiæ Regiæ ſcientiarum Pariſinæ

Aſtronomi *Domini L'Abbé de la Caille Correſpondentis mei*, quem clariſſimus hic Author ex innumeris pene ſuis obſervationibus methodo ſubtiliſſima, & inſtrumentis accuratiſſimis Pariſiis quidem menſe Octobri Anno 1747. inchoatis, & ad 20. Junii Anni 1750. continuatis, Tum in Africam determinandarum fixarum auſtralium cauſa profectus annis 1751. & 1752. ad *Caput bonæ ſpei* perfectis, labore incredibili concinnatum maximo rei Aſtronomicæ emolumento cum publico anno 1757. communicaverat, uti ſingula more ſuo candide recenſet, tum in actis Academiæ Regiæ, tum in laudato libro *Fundamentorum Aſtronomiæ*, Theſauri inſtar in Regum, Principum, & Aſtronomorum bibliothecis cura maxima ad poſterorum uſus conſervando.

Quod reductionem meam hujus catalogi, quem celeberrimus Author ad annum 1750. fixerat, attinet, ſequentia monuiſſe volui.

Primo: me accurationem eam adhibuiſſe, qua rationem partium decimarum unius ſecundi ſcrupuli minime neglexi, correctis etiam erroribus Typi, benevole ab authore communicatis.

Secundo: loca fixarum omnia eſſe vera, cujusmodi ſupponunt Tabulæ aberrationum, infra recenſendæ.

Tertio: cum variationes annuæ in *Fundamentis Aſtronomiæ* non recenſeantur, eas adhibui, quas *D. L'Abbé de la Caille* inſeruit ſuis Ephemeridibus decennalibus, variationem etiam annuam Aſcenſ. rectæ in gradibus è variatione annua Aſcenſ. rectæ in tempore ope Tabulæ XXVI. reductam eſſe.

Quarto: longitudines, & latitudines, quibus hoc ſignum (†) additum eſt, eædem ſunt, quæ D. *de la Caille*, cæteræ è catalogo *Flamſtedii* mutuatæ, dum ex aſcenſionibus rectis, & declinationibus *D. de la Caille* ſupputandi otium nactus fuero.

Quinto: columnam *primam* continere ſtellarum nomina, & conſtellationum, ad quas pertinent. Columnam ſe-

quentem literas Bayeri, & ſtellarum magnitudines exhibere. Aſteriſmus (*) quibusdam ſtellis in hac columna appoſitus, indicat ſtellam eſſe, quam vulgo appellamus *Zodiacalem*, id eſt, hujusmodi, quæ a Planetarum globis, aut occultari, aut ſtringi videri poſſunt, eas autem tantum notatas volui, quarum latitudo 10. gradus haud excedit. Columnam *tertiam* continere intervalla temporaria inter appulſum ſtellæ immediate antecedentis, & inter appulſum ſtellæ immediate ſubſequentis in Plano meridiano; percommodum uſum hujus columnæ ii norunt, quibus incumbit ſtellarum culminationibus invigilare; indicat enim ordinem, & tempus, quo ſtellæ ad meridianum perveniunt. *Quarta* columna continet Aſcenſiones rectas veras in tempore die 1. Januarii 1761. cujus uſum ſupra problemate V. & X. dedi; in hunc uſum toto anno, ut ſunt, deſerviunt, nec opus habent correctione variationis annuæ, cum hæc diebus 365. ad ſummum ad 4. ſecunda temporaria aſſurgat, ſecus ſentiendum, ſi de momento accurato agitur, ut infra dicetur. *Quinta* columna exhibet variationem annuam aſcenſionis rectæ in tempore, quæ ſemper eſt *additiva* (ut ſignum + præfixum indicat,) vocatur autem *annua*, quia ſingulis annis ob proceſſionem mediam Æquinoctiorum, tantillo temporis ſerius ad meridianum appellunt; *Sexta* columna continet altitudines apparentes, ſtellarum culminantium: appello *apparentes*, quia reductas, habita ratione refractionis. Litera *M. Meridionalem*, litera *S. Septentrionalem* plagam meridiani deſignant. Si bini numeri pro eadem ſtella ſignati occurrant, indicant eſſe ſtellas, quæ ſpatio 24. hor. bis in meridiano comparent, ſeu illas, quas *inocciduas* appellamus. Notandum autem Aſcenſionem rectam ad numeros ſuperiores pertinere, & ab hoc numero inferiores altitudines 12. horis diſtare; uſus hujus columnæ commodiſſimus eſt, ad tubos in quadrantibus fixis mobiles, illico & prævie ad datam ſtellam (ſine calculo) diſponendos; uſus, qui, pro ſtellis primæ ſecundæ & tertiæ magnitudinis interdiu culminantibus etiam neceſſarius eſt.

Septimo: ſciendum paginam dextram quamvis pertinere ad easdem ſtellas, paginæ ſiniſtræ; columna prima cha-

racterem, & magnitudinem fixarum exhibet ſecundum Tabulas D. Doppelmayeri, qui Aſtronomorum malo contra earundem uſum characteres latinos diverſos à græcis male ſubſtituit.

Hujus paginæ columna *ſecunda* Aſcenſiones rectas veras in gradibus, *tertia* variationem annuam itidem in partibus circuli complectitur. *Quarta* indicat Declinationes; *quinta* variationes annuas, ſeu creſcentes, ſeu decreſcentes, per ſigna + & – indicatas: *ſexta* longitudines exhibet, huic non habetur adnexa variatio annua, (cum hæc ſit præceſſio media æquinoctiorum, quæ juxta modernam aſtronomiam ſupponitur 50″. 1.) *Septima* denique, latitudines complectitur; Aſteriſmus latitudini quarumdam ſtellarum appoſitus, Zodiacalem eſſe admonet, ut ante dictum; aſteriſmi terni, qui in locis longitudinis, & latitudinis ſubinde habentur, indicant longitudinem & latitudinem non eſſe ſupputatam.

Jam quod uſum attinet, is ex nunc declaratis liquet; id ſolum monuiſſe volui, ſi accurata variationum annuarum ratio habenda, pro dato tempore in eam ope proportionis inquirendum eſſe, cujus terminus *primus* ſint 365. dies, *ſecundus* data variatio annua, *tertius* ſit numerus dierum à prima Januarii ad datam diem elapſus, quem indicat columna prima paginæ cujusvis menſis primæ, quæ huic potiſſimum uſui inſervit, ut illico habeantur dies à prima Januarii elapſi. Sæpiſſime enim nobis hac columna opus, ſi calculus fixarum accuratus habendus, praxim uno exemplo declaraſſe ſuffecerit.

EXEMPLUM.

Quæritur: quamnam aſcenſionem rectam veram habeat *Procyon* 7. Septembr. 1765. qua die ſol in ejus Parallelo verſatur. Aſcenſio recta vera in gradibus 1ma Januarii e catalogo fixarum: 111 gr. 44 m. 58 s. dies elapſi à prima Januarii ad 7 Septembris, quos exhibet columna prima pagina 1ma Menſis Septembris, die 7ma ſunt, 249. Fiat ergo:

Ut 365. dies (id eſt annus) ad 48 s. (variationem annuam) ita 249 (dies à 1. Januarii ad 7. Septembr.) ad 33. s. quæ addita ad Aſcenſionem rectam *Procyonis* 1ma Januarii, dant aſcenſionem rectam veram correctam pro 7. Sept. 1765. 111 gr. 45 m. 31. s.

Eodem modo inquirendum in declinationem, obſervatis ſignis + vel − itemque in longitudinem, cum longitudinis variatio annua media ponatur pro omnibus ſtellis eſſe 50 s. Hic præmonuiſſe ſufficiat, toties fieri debere hanc correctionem variationis annuæ, quoties Æquationes ob nutationem axis, aut aberrationem luminis, in calculis adhibendæ occurrunt.

Tabula I. catalogum fixarum ſequens, accelerationem diurnam fixarum præ motu ſolis medio, id eſt, præ tempore medio horologiorum, exacte correctorum continet; hæc uſus habet varios, inter quos præcipuus eſt, examen pendulorum horologorum, num recte conſtituta ſint. Ut in Ephemeridibus meis ab Anno 1757. ad Annum 1763. docui.

Uſus Tabulæ II. & ſequentium ad Tab. XIV. incluſive.

In Ephemeridibus meis annuis ab Anno 1759. ad Annum 1763. inſertas propoſui Tabulas XIX. Aberrationum & Nutationum ſeu deviationum in Aſcenſionem Rectam, & Declinationem ſtellarum fixarum excerptas e *Fundamentis Aſtronomiæ* Vir. Cel. *D. de la Caille.* Harum Tabularum uſu implicatiore, calculorumque multiplicitate factum arbitror, ut complures Aſtronomi & ab earundem uſu abſtinuerint, & nonnulli etiam (qui uſum harum non ſatis aſſequebantur) erroneas produxerint ſupputationes; huic tanto incommodo, atque errandi periculo, ut ſubvenirem, de Methodo cogitare cœpi, qua & numeroſas has Tabulas ad exiguum numerum contraherem, ſicque calculorum laborem quam breviſſimum facerem, & eliminatis obſcurioribus operationibus, claras, certasque ſubſtituerem, quibus errandi periculo ob-

viam irem; Quapropter pro Tabulis Novemdecim *De la Caille*, octo duntaxat propono, quarum ternæ, ſcilicet Tabula III. IV. & VIII. ſunt *D. De la Caille*. Ternæ aliæ VI. VII. & IX. *Cel. Euleri*; binæ denique V. & X. *a Cel. D. de Lande* poſt Tabulas Planetarum *Halleji* editæ. Compendium itaque calculorum aſſecutus ſum per conſtructionem novæ meæ Tabulæ. II. a Pag. 123 ad 130 in Ephemerides hujus anni inſertæ, in qua præter Aſcenſiones rectas & Declinationes fixarum ad 1750. e catalogo *D. de la Caille* pro fixis ducentis quinquaginta & una propoſitas, ſupputatæ habentur quam ſcrupuloſiſſime *Variationes* pro annis decem in Aſcenſionem rectam, & Declinationem, maximæ item Aberrationes tam in Aſcenſionem rectam, quam in Declinationem, in cujus Tabulæ operoſa conſtructione, ſociam, indefeſſamque operam navavit induſtrius meus e Societate mea in Aſtronomicis Socius *P. Pilgram*.

Quoniam itaque Aberrationes maximæ in Aſcenſionem rectam, & Declinationem ſpatio ducentorum annorum vix unius, alteriusve decimæ variationem ſubeant, facile aſſequi licet, has ſemel ſupputatas, manere invariatas pro integro ſeculo, quas alias continua ſupputatione toties, quoties reductio fixarum inſtituitur e Tabulis *De la Caillii* colligere cogeremur; liquet itaque ex ipſa Tabula mea II. compendium non leve calculorum fieri, quemadmodum ex Paradigmatibus infra ponendis multo amplius patebit. Si *Cel. Eulerus* ternas ſuas Tabulas in hypotheſi motus elliptici, loco circularis, ſupputaſſet, aut ſi mihi otium has reducendi nunc quidem fuiſſet, compendium binarum adhuc Tabularum V. & X. fieri potuiſſet, quæ ea ſolam cauſa referuntur, ut Nutationes in hypotheſi circulari ſupputatæ harum ope reducantur ad hypotheſim ellipticam; ſicque pro Novemdecim *De la Caillii* ſex duntaxat Tabulis calculus omnis abſolveretur.

Compendium autem maximum horum calculorum habetur, ſi pro ſingulis fixis ſingularis ſupputetur Tabula, cujus ope, leviſſimo, breviſſimoque calculo reductiones perficiuntur; hujusmodi Tabulas habemus *a Cel. D. de la Lande* in ſuis celebratiſſimis Ephemeridibus *Connoiſ-*

ſance de mouvemens celeſtes ab Anno 1760 ad 1766. ſucceſſive editas pro fixis inſignioribus centum quinquaginta ſex. Tabula quævis paginam integram occupat; pro 156. fixis igitur, paginæ quoque 156. numerantur, atque pro fixis inſignioribus mille, Tabulæ quoque mille bina haud parva volumina, ſingula quingentas paginas habentia poſtularent, ſumptuoſa equidem, ſed facilitatis, & brevitatis calculorum cauſa quam maxime expetenda, cujusmodi voluminis editionem, ſi DEUS vitam, viresque largitus fuerit, cauſa boni publici, facere, mihi quidem nunc firmo ſtat animo.

Ante, quam praxim harum mearum Tabularum proponam, monenda mihi quæpiam ſunt: & quidem *Primo*: me tam in catalogo meo fixarum a Pag. 108 ad 121, quam in Tabula II. nova fixarum a Pag. 123 ad 129, loca fixarum ibidem relata appellare *vera*, quæ aliqui Aſtronomi dicunt *media*, ipſeque olim in catalogo fixarum mearum Ephemeridum Anni 1757. & 1758. hac voce *media* utebar, Exemplum ſcilicet ſecutus *Cel. Euleri*, qui ſuis in reductionum Tabulis, quas dictis annis in Ephemerides meas inſerui, hac voce *media* utebatur; At dum anno 1759. pro Tabulis *Euleri*, Tabulas *De la Caillii* ſurrogaveram, in quibus loca hæc fixarum appellantur *vera*, vocem quoque *vera* pro *media*, uſum ſecutus *De la Caillii* ſubſtitui; ſunt itaque quidam, qui loca hæc, prout in catalogo fixarum habentur appellant *media*, alii autem *vera*, & quidem utrique haud male, modo mentem ſuam explicent; ii ſcilicet Aſtronomi loca fixarum in catalogum relata appellant *media*, contra autem *vera*, quæ per Aberrationem & Nutationem actualem affecta ſunt, qui duntaxat præceſſionem æquinoctiorum mediam reſpiciunt, perſimili fere ſignificatione, uti dicimus motum ſolis *medium* aut *verum*. Alii contra, qui loca fixarum in catalogum relata appellant *vera*, ea autem, quæ Aberratione & Nutatione actuali affecta ſunt, dicunt *apparentia*, reſpiciunt, non æquinoctiorum præceſſionem mediam, ſed ipſas Aberrationes & Nutationes, quæ æqualem alias ſuppoſitam Præceſſionem, variabilem efficiunt, perſimili fere ſignificatione, qua in calculis Planetarum loca *vera* appellare ſolemus illa, quæ e Ta-

bulis directe deducimus, *apparentia* contra prout hæc per obſervationes, affectas Aberratione, & Nutatione, parallaxi, & refractione obtinemus, hoc eſt, ſicut loca Planetarum per obſervationem immediate obtenta, & Aberratione Nutatione, Parallaxi, Refractione, affecta, appellamus *apparentia*, contra autem *vera*, his affectionibus repurgata, ita loca fixarum Aberratione & Nutatione actuali affecta appellant *apparentia*, ab his autem repurgata dicunt *vera*.

Ne itaque litem de nomine moveamus, etſi ſuadendum eſſet, ut eadem omnes vocis ſignificatione uteremur, utatur quivis voce ſibi arridente, qua lubet, modo ſenſum explicet, in quo vocem hujusmodi acceptam velit. Utor itaque voce *vera* in catalogo meo fixarum prout hæc opponitur non voci *media*, ſed voci *apparens*; hoc eſt, loca fixarum aberrationibus, & nutationibus *actualibus*, ſeu illa, prout hæc per obſervationes immediate *apparent*, aut obtinentur, appello *apparentia*, contra autem *vera*, prout ab *actualibus* aberrationibus & nutationibus repurgata: mihi itaque locus fixæ *verus* aut *medius* idem ſignificat, non autem idem *verus* aut *apparens*, quod ad confuſionem vitandam probe notandum velim.

Monendum mihi eſt *Secundo*: ad Argumenta Tabularum formanda, cujusmodi ſunt; locus Nodi ☽ vel locus ☉, ſufficere, ſi ea, ſupputantur calculo rudiore, ſcilicet in minutis primis, vel etiam ad ſemigradum circiter, hinc Ex. Gr. locus ſolis verus pro Meridie ſupputatus & multo magis locus Nodi ☽ pro Meridie datus, ad uſum horum calculorum eſt ſufficientiſſimus etiam pro reducendis obſervationibus fixarum horis duodecim poſt Meridiem factis; quapropter locus Solis, aut Nodi lunæ, ex Ephemeride aliqua pro data die execerptus, per quam ſufficientiſſimus erit ad calculos hos cum omni præciſione perficiendos; jam igitur ad ipſam Tabularum Praxim; ſit itaque.

PROBLEMA XIV.

Invenire Aberrationem, & Nutationem, ſeu deviationem actualem in Aſcenſ. rect. fixæ cujuſpiam; hoc eſt, Aſcenſionem rectam fixæ veram, *convertere in* apparentem *pro data die & anno* Ex. Gr. Lucidæ Lyræ, pro Anno 1755. die 15. Auguſti. *Vide Paradigma inferius.*

I. E catalogo fixarum reducto ad principium anni 1750. Tabulæ II. pag. 227 excerpantur: Aſcenſio recta *Lyræ* = 9ˢ. 7°. 7′. 4″. 2. Variatio 10. annorum 5′. 3″. 2. ejus aberratio maxima in Aſcenſionem rectam = 25″. 6.

II. Aſcenſio recta *Lyræ* Anni 1750. reducatur ope variationis 10. annorum 5′. 3″. 2 ad datum annum 1755. & diem 15. Aug. hoc eſt: quæratur pars proportionalis pro annis 5, & diebus 226. ab initio Jan. ad diem 15. Aug. elapſis, & reperietur pro annis 5. variatio = 2′. 31″. 6. & pro 226. diebus = 18″. 7. quæ addita (ſemper enim ſunt additiva exceptis paucis) ad Aſcenſionem rectam *Lyræ* anni 1750. dabunt *veram* pro anno 1755. & die 15. Aug. = 9ˢ. 7°. 9′. 54″. 5. ſcilicet.

		s	°	′	″	
Aſcenſio recta vera *Lyræ* Anno 1750.		9	7	7	4	2
Variatio pro annis 5.	+			2	31	6
Variatio pro 226. diebus a 1. Jan. ad 15. Aug.	+				18	7
Aſcenſio recta vera *Lyræ* 1755. die 15. Aug.		9,	7,	9,	54,	5

III. Supputetur aut ex Ephemeride excerpatur locus Solis verus pro die 15. Aug. 1755. = 4ˢ. 22°. 10′. item locus Nodi ☽ = 5ˢ. 21°. 43′. hic locus Nodi ☽ corrigatur, ope Tab. V. pag. 135. e qua reperietur correctio + 2°. 6. eritque locus Nodi ☽ correctus = 5ˢ. 23°. 49′.

IV. Pro inveniendo Argumeuto annuo aberrationis in Aſcenſionem rectam e Tab. III. pag. 130. ope Aſcenſionis rectæ Lyræ anni 1750. excerpatur æquatio Aſcenſionis rectæ Lyræ anni 1750. addenda vel ſubtrahenda, prout Tabula monet, erit in noſtro exemplo æquatio Tab. III. — 0°. 37′. atque æquata Aſcenſio recta *Lyræ* anni 1750. = 9ˢ. 6°. 30′. a qua aufer locum ſolis 4ˢ. 22°. 10′.

erit Reſiduum 4ˢ. 14°. 20′. *Argumentum annuum Aberrationis in Aſcenſionem rectam* pro uſu Tabulæ VIII.

V. Cum Argumento annuo aberrationis 4ˢ. 14°. 20′. & cum aberratione maxima in Aſcenſionem rectam e Tab. II. pag. 227. excerpta, ingredere Tabulam VIII. pag. 139 e qua reperies aberrationem actualem in Aſcenſ. rect. + 17″. 9. quam ſubſcribes Aſcenſioni rectæ *Lyræ* reductæ ad annum 1755. diem 15. Aug. *vide Paradigma.*

VI. Ad reperiendas Nutationes ſeu deviationes actuales, cum loco Nodi ☽ ſupra invento 5ˢ. 23°. 49′. ingredere Tab. VI. pag. 135 in qua reperies partem primam Nutationis — 2″. 3. cujus correctionem, ſi quam admittit, reperies in Tabula X. pag. 142 in noſtro exemplo eſt = 0. hanc primam partem Nutationis cum ſuo ſigno ſubſcribe item Aſcenſioni rectæ *Lyræ* reductæ ad annum 1755. die 15. Auguſti.

VII. Ab Aſcenſione recta *Lyræ* anni 1750. ſubtrahe locum Nodi ☽ correctum, erit Reſiduum 3ˢ. 13°. 18′. Argumentum Tab. VII. cum quo in *latere*, & cum Declinatione Lyræ in *fronte* 38°. 34′. 1″. Bor. ingrediendo Tab. VII. reperies ſecundam partem Nutationis + 1″. 6. quæ item ſi major foret, correctione opus haberet Tab. X. hanc cum ſuo ſigno item ſubſcribes Aſcenſioni rectæ *Lyræ* reductæ ad annum 1755. diem 15. Aug.

VIII. Applicatis itaque aberratione, itemque binis partibus Nutationis cum ſuis ſignis Aſcenſioni rectæ *Lyræ* reductæ ad an. 1755. diem 15. Aug. obtinebis tandem Aſcenſionem rectam *Lyræ apparentem*, ſeu Aberratione & Nutatione *actuali* affectam 9ˢ. 7°. 10′. 11″. 7.

EN PARADIGMA.

	s	°	′	″	‴
Aſcenſio recta vera *Lyræ* 1755. die 15. Aug.	9	7	9	54	5
Aberratio Tabulæ VIII....................				+ 17	9
Pars I. Nutationis Tab. VI...............				— 2	3
Pars II. Nutationis Tab. VII.............				+ 1	6
Aſcenſ. rect. *Lyræ* appar. 1755. die 15. Aug.	9,	7,	10,	11,	7

Notandum I. Conſulto exemplum Aſcenſionis rectæ *Lyræ* pro anno 1755. die 15. Aug. a me electum eſt, idem nempe, quod elegit *D. de la Caille* in ſuis *Fundamentis Aſtronomiæ* pag. 22. & ſequentibus, quodque propoſueram in meis Ephemerid. ab anno 1759. ad 1763, quo ſcilicet appareret conſenſus mei calculi, cum calculis *D. de la Caille*, produxit quidem *de la Caillius* Aſcenſionem Lyræ *apparentem* 9ˢ. 7°. 10′. 15″. 0. majorem videlicet 3″. ſed animadvertendum, quod idem Cl. Autor in Paradigmate calculi ſui Aſcenſionem rectam Lyræ anni 1750. ſumpſerit 9ˢ. 7°. 7′. 7″. 0, majorem ſcilicet 2″. 8. quam ea ſit, quam refert in catalogo ſuo pag. 226 quæ eſt: 9ˢ. 7°. 7′. 4″. 2. quapropter ſi hæc 2″. 8. ſubtrahantur ab ejus Aſcenſione recta *apparente* reperietur = 9ˢ. 7°. 10′. 12″. 2. conſentiens meæ ſupra inventæ 9ˢ. 7°. 10′. 11″. 7.

Notandum II. Si easdem ſupputationes faciamus e Tabula ſingulari *D. de la Lande* relata in *Connoiſſance de mouvemens celeſtes* anni 1760. pag. 103, reperiemus aberrationem aſcenſionis rectæ lyræ + 17″. 8. & Nutationem — 3″. 8, atque adeo aſcenſionem rectam *lyræ* apparentem pro hoc tempore 9ˢ. 7°. 10′. 8″. 5, minorem quam *de la Caillii* correcta, 3″. 7. & mea minorem 3″. 2.

Notandum III. Si Aſcenſio recta *apparens* pro annis antecedentibus annum 1750 quærenda ſit, tum manentibus calculis ſola pars proportionalis Variationis 10. annorum titulo contrario applicanda erit.

Notandum IV. Quando aſcenſio recta fixæ *apparens*, ſeu obſervata reducenda eſt ad *veram*, tum manentibus omnibus præceptis ſupra relatis, ſigna ſolum inventæ aberrationis & Nutationis in contraria mutanda ſunt; ut ſi data fuiſſet aſcenſio recta *Lyræ apparens* ſeu obſervata anno 1755. die 15. Aug. 9ˢ. 7°. 10′. 11″. 7. haberetur aberratio — 17′ 9 pars I. Nutationis + 2″. 3. pars II. Nutationis — 1″. 6, atque adeo aſcenſio recta *Lyræ vera* = 9ˢ. 7°. 54″. 5. ut ſupra.

PROBLEMA XV.

Invenire aberrationem, & Nutationem ſeu deviationem actualem fixæ in declinationem pro dato anno & die, Ex. Gr. lucidæ lyræ pro Anno 1755. die 15. Aug.

Sint ſuppoſita calculata per prius problema inventa ſequentia:

Locus ☉ in Ecliptica 1755. die 15. Aug. 4ˢ. 22°. 10′ —
Locus Nodi ☽ correctus eodem die...... 5. 23. 49 —

Aſcenſio recta lyræ minus longitudine correcta Nodi ☽, ſeu Arg. Tab. IX............. 3. 13. 18.
Aſcenſio recta lyræ anni 1750........... 9. 7. 7.42.
Declinatio lyræ anni 1750................. 38. 34. 1.4.B
Variatio 10 annorum Tab. II. pag. 227. in declin. + 24.8.
Aberratio maxima in Declin. ejusdem Tabulæ 17.7.

I. Ope Variationis 10. an. in declinationem reducatur declinatio lyræ ex anno 1750 ad annum 1755. diem 15 Aug. ut ſupra de Aſcenſione recta dictum, ea erit = 38°. 34′. 15″. 3. Bor.

II. E Tab. IV. ope aſcenſionis rectæ lyræ an. 1750. in *latere* & declinatione in *fronte*, quærantur ſigna, gradus, & minuta pro formando argumento annuo aberrationis in declinationem, quæ reperientur = 0ˢ. 5°. 0. quibus, quia fixa eſt borealis (juxta monitum ſub Tabula poſitum) addenda ſunt 12 ſigna, ſeu 0ˢ. & a quibus (hic 12ʰ ſignis auctis,) ſubtrahatur locus ſolis 4ˢ. 22°. 10′. Reſiduum 7ˢ. 12°. 50′. erit Argumentum annuum aberrationis lyræ in declinationem, cum quo, & cum aberratione maxima in declinationem 17″. 7. ingrediendo Tabulam VIII. pag. 139. reperietur aberratio *actualis* in declinationem + 12″. 9. quam ſubſcribes declinationi lyræ reductæ ad an. 1755. diem 15. Aug.

III. Ope argumenti Tab. IX. 3ˢ. 13°. 18′. ingredere Tab. IX. pag. 141. pro fixis borealibus propoſitam, e qua reperies Nutationem actualem + 8″. 8. quæ e Tab.

X. nullam ſui admittit correctionem; hanc item ſubſcribes declinationi lyræ reductæ ad an. 1755. diem 15. Aug. quibus rite applicatis, obtinebis declinationem lyræ *apparentem* pro an. 1755. die 15. Aug. 38°. 34′. 36″. 9. Bor. En

PARADIGMA.

Declinatio lyræ vera in principio an. 1750.	38°. 34′. 1″. 4. B.
Variatio 5 annor. e Tab. II. pag. 227.........	+ 12. 4.
pro 226. diebus a 1. Jan. ad 15. Aug..........	+ 1. 5.
Declinatio lyræ vera 1755. die 15. Aug.	38. 34. 15. 3. B.
Aberratio actualis Tab. VIII. pag. 139......	+ 12. 9.
Nutatio e Tab. IX. pag. 141................	+ 8. 8.
Declinatio lyræ *apparens* 1755. die 15. Aug.	38. 34. 37. 0. B.

Notandum I. Si hæc declinatio *apparens* ſupputetur e Tabula *D. de la Lande* e *Connoiſſance de mouvemens celeſtes* an. 1760. pag. 103. reperitur aberratio + 12″. 8., & nutatio + 8″. 6. atque adeo declinatio apparens = 38°. 34′. 36″. 7. Bor. In *Fundamentis Aſtronomiæ Cel. D. de la Caille* eadem habetur ex ejus ſupputationibus pag. 23. = 38°. 34′. 35″. 0. minor quam *D. de la Lande* 1″. 7. & minor mea 2. ſecundis, ſed & hic animadvertendum declinationem Lyræ an. 1750. pro ſupputationibus *D. de la Caille* ſumpſiſſe 38°. 34′. 0″. 0. minorem 1″. 4. quam quæ refertur in ejus Catalogo pag. 236. atque adeo ſi hæc 1″. 4. addantur ad *D. de la Caille* declinationem apparentem, reperitur ea 38°. 34′. 36″. 4. ſatis congruens *D. de la Lande* & meæ.

Notandum II. Si declinatio *apparens* ſeu obſervata reducenda ſit ad veram, manentibus calculis omnibus, aberrationes & nutationes mutatis ſignis applicandæ ſunt, ut de aſcenſione recta dictum.

Exercitii cauſa juverit proponere Paradigma calculi Aſcenſionis rectæ, & declinationis *apparentis* fixæ *Arcturi* pro an. 1765. die 21. Maji, qua die ſol in ejus parallelo verſatur.

Suppoſita calculi.

	s	°	′	″	
Aſc.rect. vera *Arct.* 1750. e Tab. II. pag. 126	7	1	3	59	0
Variatio 10 an. in Aſcenſ. rect.		+	7	3	1
Maxima aberratio in Aſcenſ. rect.				20	0
Declinatio vera *Arcturi* 1750.		20	29	39	3 B.
Variatio 10 an. in declin.		—	2	51	8
Aberratio maximn in declin.				12	3

	s	°	′
Locus ☉ in Meridie 21 Maji, 1765.	1	0	31
Locus Nodi ☽ aſcendens incorrectus.	11	12	36
Locus Nodi ☽ per Tab. V. correctus	11	16	52
Argumentum Tab. VII. & IX.	7	14	12
Arg. Tab. VIII. pro aberrat. aſcenſ.	5	2	44
Arg. Tab. VIII. pro Nutat. in aſcenſ.	9	0	32

Quare hoc modo abſolvetur calculus in Aſcenſionem rectam.

	s	°	′	″	
Aſcenſio recta vera *Arcturi* 1750.	7	1	3	59	0
Variatio pro 15 annis		+	10	34	7
Variatio pro 140 dieb. a 1 Jan. ad 21 Maji			+	16	7
Aſcenſ.rect. vera *Arct.* an. 1765. 21 Maji,	7	1	14	50	4
Aberratio e Tab. VIII.			+	17	8
Nutationis pars I. e Tab. VI.			+	5	0
Nutationis pars II. e Tab. VII.			+	2	3
*Aſcenſ.*rect. *apparens* Arct. 1765. die 21 Maji.	7	1	15	15	5

Pro declinatione.

	°	′	″	
Declinatio vera *Arcturi* 1750.	20	29	39	3 B.
Variatio pro annis 15.	—	4	17	7
Variatio pro 140. dieb. a 1 Jan. ad 21 *Maji*		—	6	6
Declinatio vera *Arcturi* 1765. die 21 Maji	20	25	15	0 B.
Aberratio e Tab. VIII.			— 0	1
Nutatio e. Tab. IX. cum correctione.			— 6	2
Declinatio apparens *Arct.* 1765. die 21 Maji	20	25	8,	7 B.

Notandum I. Compendii cauſa adhiberi poteſt Aſcenſio recta vera & declinatio e Catalogo meo fixarum ad Principium anni 1765. reducto, applicata ſolum variatione pro datis diebus a 1. Jan. ad datum diem elapſis. Ita aſcenſio recta vera *Arcturi* habetur e meo Catalogo pag. 115 = 211° 14′ 33″. 7. & variatio annua reſpondens 42″. 3, e qua pro diebus 140 elapſis habetur variatio + 16″. 7. atque adeo aſcenſio recta vera pro die 21 Maji 1765. 211°. 14′. 50″. 4. ſeu 7ˢ. 1°. 14′. 50″. 4. ut prius, cui ſupra inventa aberratio & Nutatio applicari debet. Eodem modo declinatio vera e Catalogo habetur pro 1765. = 20°. 25′. 21″. 6. B. & variatio annua — 17″. 2., hinc pro diebus 140. = — 6″. 6. atque adeo declinatio vera pro 21. Maji 1765 = 20°. 25′. 15″. 0. B. ut ante.

Notandum II. Calculis his aberrationum & nutationum opus habemus toties, quoties obſervationes cum fixis peraguntur, ut dum ex fixis latitudinem loci, ſeu Elevationem poli inquirimus, dum Solem, lunam, ceteroſque Planetas obſervando cum fixis comparamus &c. Quapropter uſus horum calculorum & frequentiſſimus eſt, & aſtronomorum neminem latere poteſt.

PROBLEMA XVI.

Longitudinem fixæ VERAM *reducere ad* APPARENTEM *& viciſſim*, Ex. Gr. *Arcturi* ad diem 21. Maji 1765.

Quanquam his reductionum calculis perraro utamur, eo quod per obſervationes immediate ſolum aſcenſiones rectæ, & declinationes obtineantur, horum tamen calculorum notitiam non penitus inutilem arbitror, quæ ſaltem in prædicendis & prænoſcendis phænomenis congreſſuum ☽ aut Planetarum cum fixis ſecundum longitudinem, & latitudinem *apparentem* uſum ſuum habere poſſit. Itaque

I. Longitudo fixæ, ſeu *Arcturi* pro 1. Jan. 1765. e Catalogo fixarum pag. 115. excerpta = 6ˢ. 26°. 57′. 16″. reducatur ope præceſſionis Æquinoctiorum annuæ 50″. ad diem 21 Maji; hoc eſt, pro diebus 140. elapſis a 1. Jan. ad 21. Maji + 19″. eritque longitudo *Arcturi* vera pro die 21. Maji 1765 = 6ˢ. 26°. 57′. 35″.

II. A longitudine ſolis diei 21. Maji = 2ˢ. 0°. 31′. ſubtrahatur longitudo fixæ, *Arcturi* 6ˢ. 26°. 58′, erit reſiduum 7ˢ. 3°. 33′. digreſſio *Arcturi* a ſole, ſeu Argumentum Tab. XI. pag. 143, cum quo, & cum latitudine *Arcturi* 30°. 54′. 31″. B. reperitur ex eadem Tabula aberratio + 19″.

III. Cum loco Nodi ☽ correcto 11ˢ. 16°. 52′. e Tab. XIII. excerpatur pars I. Nutationis in longitudinem + 4″., item cum longitudine ſolis 2ˢ. 0°. 31′. e Tab. XIV. habetur pars II. Nutationis — 1″. quæ applicata longitudini veræ *Arcturi* ad diem 21. Maji efficiunt *apparentem* 6ˢ. 26°. 57′. 57″.

Si longitudo *apparens* reducenda ſit ad veram, aberrationes, & Nutationes titulis contrariis applicandæ ſunt.

PROBLEMA XVII.

Latitudinem fixæ VERAM *reducere ad* APPARENTEM *& viciſſim.* Ex. Gr. *Arcturi* pro die 21. Maji 1765.

Cum digreſſione *Arcturi* a ſole ſupra inventa 7ˢ. 3°. 33″, & cum latitudine 30°. 54′. 31″. B. e Tab. XII. pag. 149. excerptam aberrationem + 5″. 6. applica latitudini *Arcturi*, erit apparens *Arcturi* latitudo 30°. 54. 36″. 6. B.

Latitudo per Nutationem non afficitur, hinc reductione non egit. Si Apparens convertenda in veram, aberratio titulo contrario applicanda eſt.

USUS TABULÆ XV. & XVI.

TAbula II. exhibet refractionem Syderum Pariſiis ſtante barometro ad 28. pollices pariſ. & Thermometro Reaumuriano ad gradum 10. ſupra terminum congelationis, atque hinc refractio hæc appellatur *media*.

Tabula III. continet variationem refractionis pro vario athmoſphæræ ſtatu, ſeu varia barometri & Thermometri altitudine. Hæc numerum continet, per quem dividenda eſt refractio media prioris Tabulæ II. ut habeatur variatio pro actuali athmoſphæræ ſtatu. In uſu hujus Tabulæ III. vix ulla partium proportionalium habenda eſt ratio, quoniam ope barometrorum vix conſtat de una linea altitudinis mercurii, & in Thermometris de uno caloris, frigorisve gradu; Tabula hæc utraque Typis impreſſa habetur ſub finem Tabularum ſolarium *D. L'Abbé de la Caille* anno 1758. in publicum datarum.

Tabula III. univerſalis, locis omnibus applicari poteſt, modo pro loco quovis determinato telluris, quantitas refractionis mediæ pro ſingulis ſupra horizontem altitudinibus ea die, quo barometrum indicat 28. pollices Pariſ. & Thermometrum Reaumur. gradum 10. ſupra congel. methodis notis definiatur. Uſus autem hic eſt:

Exempli cauſa: Quæritur Pariſiis quantitas refractionis ſyderis ſtante barometro ad 28. poll. 4. lin. & Thermometro Reaumuriano indicante gradum 14. ſupra congelationem, ſub altitudine apparente ſyderis 28 gr. 30′.

Refractio media Tab. II. 2′. 1″. 5. dividenda per 38. quotus 3″. 2. ipſi addendus, ut fiat refractio actualis 2′ 4″. 7.

USUS TABULÆ XVII.

EXhibet hæc refractionem actualem Pariſiis, & ad *Caput bonæ ſpei* uſurpandam, quam methodo & ſingulari, &

ſane operoſa (quemadmodum legere eſt in *Fundamentis Aſtronomiæ*) ex obſervationibus correſpondentibus juxta formulam *D. Clairaut* ſupputavit idem D. *L'Abbé de la Caille*; uſum ejus quod attinet, ſola inſpectione Tabulæ innoteſcit.

USUS TABULÆ XVIII.

Complectitur hæc Tabula Parallaxes ſolis ad ternos altitudinis ☉ gradus ſupra horizontem, quæ ad *apparentem* altitudinem addenda eſt, ſi quæratur *vera*, ſubtrahenda contra, ſi ex *vera* quæratur *apparens*, eſt hæc Tabula juxta obſervationem. Tranſitus ♀ per diſcum ☉ die 5 Junii ſupputata.

USUS TABULÆ XIX.

Hæc (ut titulus Tabulæ notat) augmentum Diametri horizontalis lunæ in hypotheſi Telluris ſphæricæ complectitur, quam commodioris uſus in Tabulis lunaribus Pag. 127 ampliorem reddidi.

Quæritur Ex. Gr. die 25. Jan. 1760. quo luna eſt perigæa, diameter apparens lunæ culminantis hora 6. m. 6. cujus altitudo apparens habetur ex Ephemeridibus 52. gr. 32′. ſupra horizontem Viennenſem. Diameter horizontalis lunæ pro meridie diei 25. Jan. habetur in Ephemeridibus 32′. 23″. pro die vero 26. Jan. 32′ 24″ differentia 1″ decreſcens, quare pro hora 6. 6′. diei 25. Jan. habetur Diameter horizontalis lunæ 32′. 23″. cujus ope, & ope datæ altitudinis è Tabula VI. reperitur augmentum 27″. 1. ſeu 27″. quare Diameter apparens lunæ ſub altitudine 52. gr. 32′. erit 32′. 50″, ut habent Ephemerides.

USUS TABULÆ XX.

Uſus hic eſt, ut data Parallaxi *horizontali* lunæ, quam in his Ephemeridibus ad ſingulos dies exhibeo, inveniatur Parallaxis *altitudinis apparentis* lunæ ſupra horizontem in hypoth. ſphærica. Uſum ejus vide in appendice ad Ephem. Anni 1764. ſeu in Tabulis lunar. a me editis.

Parallaxis altitudinis apparentis lunæ in hypoth. ſphærica ope Trigonometriæ hac analogia reperitur: *ut ſinus totus, ad ſinum complementi altitudinis apparentis, ita Parallaxis horizontalis* (pro dato tempore altitudinis) *ad parallaxim altitudinis apparentis.* Hac methodo conſtructa habetur Tabula XXV. Parallaxeos lunæ altitudinis.

Quod ſi deſideretur Parallaxis altitudinis veræ, neceſſe eſt veram altitudinem prius reducere ad apparentem hac analogia: *ut ſinus totus ad ſinum complementi altitudinis veræ datæ, ita Parallaxis horizontalis ad certam quamdam parallaxim.*

Dein fiat ſequens analogia.

Ut *ſinus totus, ad ſinum complementi altitudinis veræ correctæ per parallaxim paulo ante inventam, ita parallaxis horizontalis, ad parallaxim veram quæſitam.*

USUS TABULARUM XXI, XXII, XXIII, & XXIV.

Uſus harum Tabularum hic habetur. Ope Tabulæ VIII. convertitur tempus primi mobilis in partes circuli Æquatoris; intelligitur autem per tempus primi mobilis revolutio integra Æquatoris, ſeu graduum 360, quod tempus cum revolutione alicujus fixæ ad eundem Meridianum, congruit, ita, ut ſi 360 gradus, ſeu tota revolutio dividantur per 24 horas, uni horæ reſpondeant gradus 15, & ita porro. Uſus hujus Tabulæ amplus eſt, dum nempe (ex dato tempore) quæruntur gradus circuli Æquatoris.

Tabula IX. priori reſpondet, ope cujus dati gradus Æquatoris convertuntur in tempus primi mobilis, ita, ut quindecim gradus dent unam horam, & hujus uſus ampliſſimus, dum partes Æquatoris in tempus convertendi ſunt.

Tabula X. exhibet converſionem graduum Æquatoris in tempus medium, de quo principio hujus Introductionis actum: quare, cum integræ revolutioni Æquatoris ſeu 360. gradibus non niſi 23. h. 56. m. & 4 s. reſpondeant temporis medii, gradibus 15 non hora, ſed 59. min. & 50 s. reſpondent, & ita porro.

Tabula denique IX. contra converſionem temporis medii in gradus Æquatoris continet.

USUS TABULARUM XXV. & XXVI.

Accuratam temporis meridiei correctionem, quod ex altitudinibus ſolis correſpondentibus elicitur, neceſſariam eſſe, Theoria ſolis edocet, cum enim Declinatio ſolis ſingulis, ut ita dicam, momentis varietur vel in augmentum, vel in decrementum, intervallum temporis inter altitudinem ſolis antemeridianam, & inter eandem tempore pomeridiano acceptam (extra ſolſtitia) biſariam diviſum, & obſervationis tempori ante meridiano additum, vel à pomeridiano ſubtractum, nequaquam dabit tempus meridiei veri, ſeu centri ſolis culminantis. Æquatione itaque opus habent tempora hujusmodi, pendente à varia ſolis declinatione, & elevatione Poli.

Aſtronomi, qui hucusque corectionem hanc Tabulis complectebantur, falſo ſuppoſito laborabant, quod exiſtimaverint, correctionem æquatoriam nullam eſſe; Ego certe paucos ante annos Tempora meridiei elicita è meis correſpondentibus ſolis, & ope Tabulæ *Marinonianæ* coæquata, cum Temporibus ex accurata linea mea meridiana repertis comparans, animadvertebam omnino ſole verſante circa ſignorum ♊, ♍, ♐ & ♓ initia, ſecundorum

aliquot diſcrepantiam, quas differentias correctionum Tabulis attribuendam eſſe, me ſubinde per litteras certum reddidit Cel. olim correſpondens meus *D. L'Abbé de la Caille*, dum transmiſſis mihi ſuis hiſce Tabulis manuſcriptis demonſtravit, admittendam eſſe Tabulæ XII. correctionem æquatoriam ubique Terrarum adhibendam.

Tabula XIII. ad latitudinem loci 45 graduum ab eodem *Cel. D. de la Caille* ſupputata eſt.

Ope hujus Tab. XIII, & prioris XII. pro latitudine quavis loci facile ſupputatur Tabula correctionis horæ meridiei prodeuntis ex altitudinibus ſolis correſpondentibus; ſi enim ad Logarithmos correctionum Tabulæ XIII addantur Logarithmi Tangentis datæ Latitudinis loci, erunt ſummæ Logarithmorum, Logarithmi correctionum quæſitarum, quæ tamen correctiones per Tabulam XII. adhuc coæquandæ erunt.

USUS TABULÆ XXVII.

Continet hæc Tabula, ut Titulus notat, correctiones horæ meridianæ è correſpondentibus ☉ altitudinibus prodeuntis, ad Elevationem Poli Viennenſis 48 gr. 12'. 32". â me methodo ante dicta, ſupputata, & per Tabulam XII. coæquata; in ejus uſu longitudinem ſolis ad ſemigradum noviſſe ſufficit.

EXEMPLUM.

Supponuntur altitudines correſpondentes ſolis die 7. Aprilis 1758. Viennæ in Obſervatorio Cæſareo-Regio acceptæ. Sol hac die verſatur in ſigno ♈ 17. gr. 33. m. Sit itaque obſervata.

	H. M. S.	Interv. Temporis.
Altit. limbi ☉ ſuper 45 gr. manè	8. 46. 24.	H. M. S.
Altit. limbi ☉ ſuper 45 gr. à mer.	3. 15. 46.	- - 6. 29. 22.
Tempus obſervat. manè -	8. 46. 24.	Dimidium 3. 14. 41.
Dimidium intervallum +	3. 14. 41.	quæ eſt diſtantia
Meridies incorrectus - -	12. 1. 5.	horaria ſolis à meridiano.
Correctio Tab. XXXII. pro longitudine ſolis & pro diſtantia horaria -	— 16. 64.	
Juxta hor. Mer. verus corr.	12. 0. 48. 36.	

Certitudinis cauſa 8, 10, vel 12. correſpondentes altitudines Solis determinantur.

TABULAS

amplitudinum ortivarum, & acciduarum, item ortus & occaſus apparentis & earum uſum.

Vide Ephem. ab An. 1757. ad An. 1763.

USUS TABULÆ XXVIII.

Tabula hæc, ampliſſimi uſus, complectitur præcipuorum locorum Telluris Differentias meridianorum tam in partibus circuli maximi, quam in Tempore inter Meridianum Obſervatorii Cæſareo Regii Vindobonenſis; item latitudines ſeu elevationes Poli, cuivis loco reſpondentes; Aſteriſmus (*) deſignat differentiam Meridianorum, & elevationem Poli e pluribus, & certis Aſtronomorum obſervationibus correſpondentibus determinatam, hoc vero ſignum (†) indicat haberi tantum ex obſervationibus dubiis, aut minus certis. Si nullum adſit ſignum, noſcitur hujusmodi differentiam, aut latitudinem loci e nullis adhuc obſervationibus aſtronomicis ſupputatam, ſed æſtimatione duntaxat, aut è catalogis Geographorum determinatam.

In hac Tabula loca quædam, poſt obſervationem Tranſitus ♀ per diſcum ☉ emendata ſunt. Item alia ex obſervatione Eclipſis ☽ Anni 1764. die 17 Martii.

PROBLEMA XVIII.

Data hora quacunque Viennæ, invenire in dato loco quovis (qui in Tab. XV. habetur) horam reſpondentem horæ Viennenſi.

Excerpatur e columna 2da dati loci differentia meridianorum in Tempore, & ſi datus locus ſit ad occidentem, quod indicant lit. *occ.* ſubtrahatur hæc differentia a data hora Viennenſi, ſi vero ſit ad orientem, addatur, ſumma vel differentia dabit horam quæſitam pro dato loco.

EXEMPLUM.

Quæritur dum Viennæ eſt hora 9. mane, quænam ſit hora Pariſiis ? cum Pariſii occidentem verſus differant à Meridiano Viennenſi in Tempore juxta hanc Tabulam 56 m. 10 s. hæc ſubtracta ab hora 9na relinquit, reſiduam 8 h. 4 m. 50 s. quæ eſt hora matutina Pariſiis, dum Viennæ eſt hora 9na mane.

Quod ſi differentia Meridianorum ſit orientalis, hæc ad datam horam Viennenſem addita, dabit horam pro loco dato quæſitam.

EXEMPLUM.

Initium Eclipſis ☽ partial. 1757. die civili 4ta Febr. contigit Viennæ hora 6. m. 45. s. 28. mane, quæritur, qua hora contigit initium hujus Eclipſis Petropoli in Moſcovia. E Tabula XXXV. differentia meridianorum eſt 55 m. 50 s. orient. hæc minuta addita ad Tempus Viennenſe, dant Tempus civile Petropoli 7 h. 41 m. 18 s. pro initio Eclipſeos.

PROBLEMA XIX.

Data hora quavis loci alicujus, invenire, quæ ſit hora Viennæ reſpondens.

Reſolutio eſt eadem, quæ antecedentis Problem. ſed mutatis titulis, id eſt, ſi loci dati differentia Meridianorum ſit orientalis, hæc differentia *ſubtracta* à Tempore loci dati exhibet horam, ſeu Tempus Vienneuſe, & contra, ſi differentia Meridianorum loci dati ſit occidentalis, *addita* ad tempus loci dati, exhibet horam & Tempus Viennenſe reſpondens. Ope hujus, & antecedentis Problematis uſus harum Ephemeridum redditur univerſalis, adeo, ut his Ephemeridibus perinde, ut Viennæ, in omnibus totius Orbis locis uti liceat ad obſervationes inſtituendas; Nam Ex. Gr. locus ſolis in Ecliptica, dum Pariſiis ſol culminat, (ob differentiam Meridianum occidentalem, 56. m. 10. s. in Tempore) revera idem eſt, qui Viennæ hora 12. m. 56. s. 10. cum hora 12ma Pariſina reſpondeat, horæ Viennenſi 12. m. 56. s. 10. Hinc ad uſum tum mearum Ephemeridum, tum Problematum ſupra adductorum, pro loco quocunque, primum in horam Viennenſem, horæ loci dati reſpondentem, inquirendum ope hujus Problematis, qua reperta, ſi pro hora Viennenſi inventa, (eadem methodo Problematum) inquiratur in loca & motum Aſtrorum; erunt ea ipſa loca, is ipſus motus quæſitus, qui pro Tempore loci dati terreſtris cujuscunque deſideratur.

EXPLICATIO TYPI LUNARIS.

Typus lunæ his inſertus Ephemeridibus; librationes omnes exprimit. Ad commodum hujus Typi uſum maculas numeris & literis inſignivi, quibus reſpondent nomina tum à P. Ricciolo S. J. Tum ab Hevelio impoſita; & hodiernis aſtronomis uſitata utrumque; his quædam à me, aſteriſmo notata, adjecta ſunt; En horum Elenchum.

Nomina Macularum inſignium Lunæ Plenæ ſecundum Selenographiam P. Riccioli S. J. & Hevelii, eo ordine diſpoſita, quo in Eclipſibus centralibus in umbram terræ immergi videntur.

Secundum P. Ricciolum.		Secundum Hevelium.	
1	*Ricciolus, S. J.*	1	- - - - - - -
2	*Grimaldus, S. J.*	2	*Palus Marœotis.*
3	*Hevelius.*	3	*Stagnum Miris.*
4	*Cavalerius.*	4	*Mons Pherme.*
5	*Sirſalis, S. J.*	5	*Mons Climax.*
6	*Crügerus.*	6	*Fontes amari.*
7	*Eichſtadius.*	7	*Mons Acabe.*
8	*Cardanus.*	8	- - - - - - - -
9	*Galilæus.*	9	*Mons Audus.*
10	*Halleyius.* *	10	*Mons Thambes.*
11	*Linemanus.*	11	*Peninſula Mar. Syrtici.*
12	*Schmelzerus, S. J.* *	12	- - - - - - - -
13	*Reinerus.*	13	- - - - - - - -
14	*Marius.*	14	*Mons Germanicanus* <
15	*Zupus, S. J.*	15	*Mons Ajax.*
16	*Vieta.*	16	*Mons Caſius prope) montem Pharan.)* <
17	*Flamſteedius.* *	17	*Mons Mampſarius.*
18	*Fontana.*	18	*Mons Sacer.*
19	*Keplerus.*	19	*Loca paludoſa.*
20	*Ariſtarchus.*	20	*Mons Porphyrites.*
21	*Derienes, S. J.*	21	*Inſula Lea.*
22	*Gaſſendus.*	22	*Mons Cataractes.*
23	*Schikardus.*	23	*Mons Troicus.*
24	*Morinus.*	24	*Fretum Sirbonicum.*
25	*Volſius, S. J.* *	25	- - - - - - - -
26	*Lansbergius.*	26	*Inſula Malta.*
27	*Reinholdus.*	27	*Mons Neptunus.*
28	*Phocilides.*	28	*Mons Tadnos.*
29	*Capuanus.*	29	*Mons in Reg. Caſſionis.*
30	*Molerius.*	30	*Inſula Zachintus.*
31	*Cleoſtratus.*	31	- - - - - - - -
32	*Copernicus.*	32	*Mons Ætna.*
33	*Campanus.*	33	*Inſula Letoa.*

	Secundum P. Ricciolum.		Secundum Hevelium.
34	*Cichus.*	34	*Inſula Didymæ.*
35	*Bullialdus.*	35	*Inſula Creta.*
36	*Bayerus.*	36	- - - - - - -
37	*Rheticus.*	37	*Pars Lacus Herculei.*
38	*Scharpius.* *	38	*Atlas minor.*
39	*Pitheas.*	39	*Inſula Sardinia.*
40	*Roſtius.* *	40	*Inſula Melos.*
41	*Harpalus.*	41	*Inſula ſinus Hyperborei.*
42	*Munoſius.*	42	*Inſula Carpathes.*
43	*Stadius.*	43	*Lacus Herculeus.*
44	*Dominicus Maria.*	44	
45	*Helicon Cyzicenus.*	45	*Inſula Erroris.*
46	*Pythagoras.*	46	- - - - - - - -
47	*Scheinerus, S. J.* *	47	*Pars Vallis Haljaon.*
48	*Guillelmus Landg. Heſſiæ.*	48	*Mons Horeb.*
49	*Pitatus.*	49	*Mare mortuum.*
50	*Profatius.*	50	*Inſula Rhodus.*
51	*Alpetragius.*	51	*Promontorium Ænarium.*
52	*Eratoſthenes.*	52	*Inſula Vulcania.*
53	*Timocharis.*	53	*Inſula Corſica.*
54	*Anaximander.*	54	- - - - - - -
55	*Bartholus, S. J.*	55	- - - - - - -
56	*Kircherus, S. J.*	56	*Vallis Hajalon.*
57	*Longomontanus.*	57	*Mons Anna.*
58	*Tycho.*	58	*Mons Sinai.*
59	*Blancanus, S. J.*	59	*Deſertum Raphidim.*
60	*Alphonſus Rex.*	60	*Mons Maſicytus.*
61	*Wolffius.* *	61	*Mons Apenninus.*
62	*Archimedes.*	62	*Mons Argentarius.*
63	*Clavius, S. J.*	63	*Deſertum Evila.*
64	*Regiomontanus.*	64	*Mons Libanus.*
65	*Purbachius.*	65	
66	*Arzachel.*	66	*Mons Gragus.*
67	*Ptolomæus.*	67	*Mons Sipylus.*
68	*Plato.*	68	*Lacus niger Major.*
69	*Maginus.*	69	*Mons Seir.*
70	*Orontius.*	70	*Mons Hermon.*
71	*Valtherus.*	71	*Mons Thabor.*
72	*Vernerus.*	72	*Anti - Libanus.*
73	*Aliacenſis.*	73	

	Secundum P. Ricciolum.		**Secundum Hevelium.**
74	*Albategnius.*	74	*Mons Didymus.*
75	*Hyparchus.*	75	*Mons Olympus.*
76	*Hyginus.*	76	- - - - - - - -
77	*Autolicus.*	77	*Mons Montuniates.*
78	*Ariſtillus.*	78	*Mons Liguſtinus.*
79	*Aratus.*	79	*Mons Apenninus.*
80	*Timæus.*	80	*Lacus niger Minor.*
81	*Anaxagoras.*	81	*Montes Hyperborei.*
82	*Apianus.*	82	*Pars Anti-Libani.*
83	*Stöfflerus.*	83	*Mons Calchaſtan*
84	*Manilius.*	84	*Inſula Besbycus.*
85	*Archbitas.*	85	*Scopuli Hyperborei.*
86	*Julius Cæſar.*	86	*Palus Archeruſia.*
87	*Sulpicius Gallus.*	87	- - - - - - - -
88	*Calippus.*	88	*Mons Æmus.*
89	*Ariſtoteles.*	89	*Mons Serrorum.*
90	*Meton.*	90	} *Montes Hyperborei.*
91	*Euctemon.*	91	
92	*Eudoxus.*	92	*Mons Carpathes.*
93	*Menelaus.*	93	*Byzantium.*
94	*Soſigenes.*	94	*Palus Archeruſia.*
95	*Baroccius.*	95	
96	*Maurolicus.*	96	} *Montes Uxii.*
97	*Rabbi Levi.*	97	
98	*Riccius, S. J.*	98	
99	*Tacquetus, S. J.* *	99	*Inſula Cyanca.*
100	*Pitiſcus.*	100	*Mons Dalanguer.*
101	*S. Catharina.*	101	
102	*S. Cyrillus.*	102	} *Mons Moſchus.*
103	*S. Theophilus.*	103	
104	*Plinius.*	104	*Apollonia minor.*
105	*Schottus, S. J.* *	105	*Promontorium Hippolai.*
106	*Poſſidonius.*	106	*Inſula Macra.*
107	*Vitruvius.*	107	*Apollonia major.*
108	*Promontorium acutum.*	108	*Promontorium Herculis.*
109	*Exiguus.*	109	*Mons Herculis.*
110	*S. Iſidorus.*	110	*Mons Strobilus.*
111	*Fracaſtorius.*	111	*Lacus Thoſpitis.*
112	*Regnaultius, S. J.* *	112	- - - - - - -

Secundum Ricciolum.		Secundum Hevelium.	
113	*Hercules.*	113	*Mont. Marcocemnii.*
114	*Atlas.*	114	
115	*Thales.*	115	*Lacus Hyperbor. ſuper.*
116	*Endymion.*	116	*Lacus Hyperboreus. inf.*
117	*Goclenius.*	117	*Mons Caucaſus.*
118	*Snellius.*	118	*Mons Parapamiſus.*
119	*Taruntius.*	119	*Sinus Phaſianus.*
120	*Proclus.*	120	*Mons Corax.*
121	*Promontorium Somni.*	121	*Montes Ælani.*
122	*Mercurius.*	122	*Montes Amadoci.*
123	*Petavius, S. J.*	123	*Petra Sogdiana.*
124	*Langrenus.*	124	*Inſula major.*
125	*Firmicus.*	125	*Paludes amaræ.*
126	*Cleomedes.*	126	*Montes Riphæi.*
127	*Geminus.*	127	
128	*Meſſabala.*	128	
129	*Seneca.*	129	*Mons Mannus.*
130	*Malebranchius, **	130	- - - - - -

MARIA, LACUS, PALUDES, STAGNA, ET SINUS.

Secundum P. Ricciolum.		Secundum Hevelium.	
A. A.	*Mare Humorum.*	A. A.	*Sinus Sirbonis & Mare Ægyptiacum.*
B.	*Sinus Epidemiarum.*	B.	*Inſula Didymæ.*
C. C. C.	*Mare Nubium.*	C. C. C.	*Mare Pamphilium.*
D.	*Sinus Roris.*	D.	*Sinus Hyperboreus.*
E.	*Palus Nimborum.*	E.	*Sinus Tarantinus.*
F. F. F.	*Sin. Æſt. S. Medius.*	F. F. F.	*Mare Adriaticum.*
G. G.	*Mare Imbrium.*	G. G.	*Mare Mediterraneum.*
H.	*Palus Putredinis.*	H.	*Promontor. Circæum.*
I.	*Mare Vaporum.*	I.	*Propontis.*
K.	*Palus Nebularum.*	K.	*Ital. & M. Apennini.*
L. L. L.	*Mare Frigoris.*	L. L. L.	*Mare Hyperboreum.*
M.	*Mare Serenitatis.*	M.	*Pontus Euxinus.*
N. N.	*Mare Tranquillitatis.*	N. N.	
O. O. O.	*Mare Nectaris.*	O. O. O.	*Sinus Athen. & Sin. extremus Ponti.*

Secundum P. Ricciolum.		Secundum Hevelium.	
P.	*Stagnum Glaciei.*	P.	*Lacus Hyperb. ſuper.*
Q.	*Lacus Mortis.*	Q.	*Montes Peuce.*
R.	*Lacus Somniorum.*	R.	*Sinus Cercinites.*
S.	*Palus Somni.*	S.	*Lacus Corocondametis.*
T. T.	*Mare Fœcunditatis.*	T. T.	*Mare Caſpium.*
V.	*Mare Criſium & Caſpium.*	V.	*Palus Mæotis.*
X.	*Sinus Iridum.*	X.	*Sinus Apollinis.*

TERRÆ, INSULÆ, PENINSULÆ, ET LITTORA.

Secundum P. Ricciolum.		Secundum Hevelium.	
	Terra Caloris *a Grimaldo ad Longomontanum & Scheinerum.*		Ægyptus a Palude *Maræotis* ad montem *Troicum* Palestina a *M. Troico* ad deſertum *Evila* & Montes *Seir.*
a. a. a.	Terra Sterilitatis.	a. a. a.	Lybiæ Pars, et Arabia.
b. b. b.	Littus Eclipticum.	b. b. b.	Paludes Orientales.
c. c.	Peninsula Fulminium.	c. c.	Mare Syrticum.
d. d. d.	Insula Ventorum.	d. d. d.	Insula Cercinna.
e. e.	Peninsula Deliriorum.	e. e.	- - - - - - - -
f. f. f.	Terra Pruinæ.	f. f. f.	Mauritania.
g. g.	Peninsula Fulgurum.	g. g.	- - - - - - - -
h. h. h.	Terra Nivium.	h. h. h.	Romania.
i. i. i.	Terra Grandinis.	i. i. i.	Moesia.
	Terra Siccitatis a *Pythagora ad Endymionem.*	}	Regio Hyperborea.

Terra Vitæ a *littoribus maris ſerenitatis ad Senecam* & *Mercurium.*	Chersonesus Taurica, & Paludes Hyperboreæ.
Terra Mannæ *inter Mare Nectaris* & *Fæcunditatis.*	Colchis.
Terra Sanitatis *a Mari Vaporum* ad *Valtherum*, & *Fracaſtorium.*	Asia Minor.
Terra Fertilitatis, ducta linea recta à *Fracaſtorio* ad *Valtherum* & à *Valthero* per *Clavium* ad limbum lunæ.	Persia.
Terra Vigoris, ad *Petavium*, & *Langrenum.*	Scythiæ Pars.

USUS TYPI LUNÆ IN ECLIPSIBUS LUNARIBUS.

Uſus hic eſt; diligenter ab Obſervatore notentur, tempora horologii, dum peripheria denſæ Umbræ terreſtris limbos macularum inſignium ſtringit, curandum maxime, ut ea tempora adnotentur, quibus umbra terræ una plures ſtringit maculas, aut alias ſtringendo, alias eodem tempore medias ſecat; cum enim tempora initii, & finis eclipſeos (ob difficultatem penumbram ab umbra diſcernendi) plerumque dubia ſint, vices quam optime ſubeunt limbi macularum circa medium diſci ſitarum, quibus temporibus confinia penumbræ & umbræ facillime dignoſcuntur. Adnotantur autem tempora tam Immerſionum, quam Emerſionum harum macularum; Initium item, medium, & finis majorum macularum, & quidem earundem emerſiones, quarum Immerſiones obſervatæ ſunt; demum quo plurium macularum habentur obſervationes, eo aptior erit obſervatio ad eruendas locorum terreſtrium longitudines geographicas, quarum inveniendarum methodus nova in Eph. 1764. propoſita ita habetur.

De Differentia Meridianorum inter Obſervatorium Regium Pariſinum, & Cæſareo-Regium Univerſitatis Vindobonenſis.

Differentia Meridianorum Obſervatorii Regii Pariſini, & Cæſareo-Regii hujus Univerſitatis jam in primo mearum Ephemeridum volumine Anni 1757. a me vulgata eſt iſthæc; ſcilicet in tempore = 56′. 10″. in partibus vero Æquatoris 14°. 2′. 30″. quibus Obſervatorium Cæſareo-Regium orientalius reperi Obſervatorio Pariſino Regio. Hanc meam determinationem cum ſequentium ſingulorum Annorum obſervationes meæ egregie confirmabant, etiam in ſequentibus voluminibus mearum Ephemeridum ad præſentem uſque Annum, eandem, atque invariatam propoſui ſervata, interea ſecreto methodo mea nova, qua hanc differentiam ex obſervationibus Satellitum Jovis deduxeram. Quoniam autem ipſasmet obſervationes annis ſingulis a me factas in ſingulis mearum Ephemeridum voluminibus Appendicis loco pro more meo vulgaveram, ocaſionem præbui nonnullis Aſtronomis, qua ipſi uſitatiſſima quidem, & notiſſima, at ſimul erronea Methodo ex his meis obſervationibus, & correſpondentibus Pariſinis, Marte proprio, differentiam Meridiani mei, & Pariſini periclitarentur. Jucundum mihi erat tot diverſas intelligere differentias, quot fere periclitatores cenſebam; quidam deducebant, vix 55′. 0″. aut ſummum 55′. 30″. alii 55′. 34″. nonnulli 55′. 40″. alii item 55′. 55″. & qui maxlmam 56′. 0″. ſi ſolam illam demas a *D. Maraldi* in Ephemeridibus ſuis relatam prorſus conſentientem meæ; volebant itaque Aſtronomi iſti immutatam hanc meam Differentiam, mihique mentem ſuam etiam per litteras ſignificabant, conſulebantque, ut eandem corrigerem; interea ego de mea determinatione certus, eandem pergebam proponere invariatam, monebamque, meæ, quam certam ajebam, ut acquieſcerent determinationi; quæ mea in re tanti momenti conſtans aſſertio viſa eſt nonnullis, ſi non pertinacia, certe haud toleranda obſtinatio; quare in ſcriptis ſuis publicis differentiam hanc meam primum quidem modeſto verbo, *dubiam*, *incertamque* vocabant, dein ma-

gis audentes, ajebant, *certo minuendam*; donec tandem per dimenſiones geodeticas Pariſiis Viennam uſque a *Cel. Caſſino de Thury* deductas, & Anno 1762. perfectas manifeſte erronea non ſolum pronunciata, ſed, ut ipſi Viro Clariſſimo videbatur, etiam demonſtrata fuerit in libro ſuo rariſſimo *Relation de deux Voyages &c.* Pariſiis vulgato; Id cum mihi innotuiſſet, tum enimvero apud memet ajebam, tempus eſſe, quo producta mea nova Methodo determinationem meam 56′. 10″. & demonſtrarem eſſe certiſſimam, & finem doctis litibus imponerem; quapropter in volumine mearum Ephemeridum octavo ad An. 1764. a pag. 188. ad 208. Methodum hanc meam novam ſtrictim propoſui, atque exemplis fuſioribus declaravi monendo Pagina 200. me in ſequentis, hoc eſt, hujus Anni Ephemeride deductione perampla oſtenſurum differentiam meam 56′. 10″. *aut eſſe prope veram aut augendam potius, quam minuendam perpaucis aliquot ſecundis*, quod meum propoſitum iſthic implere conabor.

Antequam tamen opus adgrediar, monenda mihi nonnulla ſunt: Imo. Vim meæ methodi in eo ſitam eſſe, ut omnia dubia, & errandi pericula hactenus in methodo ordinaria occurrentia, quam longiſſime removeantur in mea methodo, nihilque ſit, quod hac methodo deductam differentiam minus certam facere poſſit, ſaltem intra limitem erroris non majoris quam 4″. vel 5″. Methodus autem mea in Ephem. 1764. propoſita præter conditiones, his tribus Regulis continetur: I. ut ex ſelectis bonis aliquot *Immerſionibus* Imi. vel IIdi Satellitis Jovis correſpondentibus deducatur una differentia. II. ut ex ſelectis itidem fere tot bonis *Emerſionibus* ejusdem I, vel II. Satellitis correſpondentibus item derivetur altera differentia. III. ut hæ binæ differentiæ inter ſe comparentur, minor a majore ſubtrahatur, Reſiduum diviſum bifariam, addatur differentiæ minori, vel a majore ſubtrahatur, erit ſumma vel differentia adeo acurrata Meridianorum differentia, ut error 5″. ſecundorum vix ſubeſſe poſſit, tametſi tubis diſparibus, & acie oculorum diverſiſſima obſervationes factæ fuiſſent, *modo conſtanter eodem tubo ab eodem obſervatore peractæ fuerint*; Nam, ut in Ephem. 1764. demonſtravi, hac methodo obſervationes eo modo reducuntur ad æqualitatem ejusdem effectus, & tubi & oculi,

& athmoſphæræ &c. *quaſi unus, idemque exercitatus obſervator in utroque loco ſimultanee easdem obſervationes cum omnibus circumſtantiis æqualibus peregiſſet.*

II. Monendum cenſui, me eadem illa methodo deductarum differentiam Meridiani mei & Regii Pariſini, qua Tyrnavienſem a meo derivavi in Ephem. 1764.

III. Cum differentia Meridiani Tyrnavienſis a meo, quæ eſt 4′. 45″. adeo jam certa ſit, ut de 2″. vel 3″. dubitari non poſſit, & ſimul effectus tuborum mei, & *P. Weiſs.* oſtenſus ſit æqualis in Ephem. 1764. nonnullis obſervationibus Tyrnavienſibus ad Meridianum meum reductis in defectu mearum uſurum, quas idcirco aſteriſmo (*) notabo; verum ne etiam de his dubium ſit, ita eam differentiam definiam, ut & Tyrnavienſes omiſſurus ſim, ſolasque meas, & Pariſinas adhibiturus.

IV. Hanc differentiam non ſolum ex obſervationibus Pariſinis, ſed & aliorum per diverſa loca ſparſorum exercitatorum Aſtronomorum determinabo, ut conſenſus plenus, & indubius eluceſcat.

V. Me hic publicas reddere gratias Viris celeberrimis *D. Maraldi*, *D. Meſſier*, & *D. Wargentin*, qui præclaras ſuas obſervationes mecum communes voluere, quibus & Elenchum meum plurimum auctum eſſe profiteor, & apud rerum harum peritos fidem maximam me reperturum confido.

VI. Poſtquam hanc definivero differentiam, modum proponam effectus diverſos tuborum & oculorum, & athmoſphæræ determinandi, quo fiet, ut uſum hujus meæ methodi univerſaliorem eſſe oſtendam, quam quidem putabant, qui ejus vim non ſatis aſſecuti viſi ſunt.

VII. Denique rationes, cauſasque exponam, cur non ſolum inutilis, ſed etiam minus tuta fuerit nonnullorum Aſtronomorum Propoſitio, qua optabant, obſervationes Satellitum Jovis paris longitudinis & augmenti, tubis fieri exiſtimantes hac tuborum pari longitudine & augmento differentiam omnem ſublatum iri, qua obſervationes alias per diverſos tubos factæ afficiuntur.

SERIES PRIMA

Deductio differentiæ Meridiani Obſervatorii Cæſareo-Regii Vindobonenſis ab Obſervatorio Pariſino Societatis Maritimæ. Ex obſervationibus Satellitum Jovis I, & II. ab Anno 1757. ad Annum 1762. incluſive, factis Pariſiis *a Cel. D. Meſſier*, & Viennæ *a P. Hell è S. J.*

ANNUS 1757.

Hoc Anno *D. Meſſier* uſus eſt tubo 4½. ped. Newt. ego autem 4. ped. itidem Newtoniano.

	D.	H.	M.	S.	
Maji	31	10	16	52	Emerſ. I. Viennæ.
		9	19	25	Eadem Pariſiis.
A.	Differ.	0	57	27	
Junii	23	10	25	8	Emerſ. I. Viennæ
		9	29	11	Eadem Pariſiis.
B.	Differ.	0	55	57	
Martii	18	14*	10	18	Immerſ. II. Viennæ
		13	13	48	Eadem Pariſiis.
C.	Differ.	0	56	30	
Aprilis	19	13	49	8	Immerſ. II. Viennæ.
		12	53	41	Eadem Pariſiis.
D.	Differ.	0	55	27	
Junii	15	12	47	32	Emerſ. II. Viennæ.
		11	52	29	Eadem Pariſiis.
E.	Differ.	0	55	3	
Julii	10	9	44	30	Emerſ. II. Viennæ.
		8	48	1	Eadem Pariſiis.
F.	Differ.	0	56	29	

Igitur.

Ex *Immerſionibus* C & D habetur media = 55′ 58″½.
Ex *Emerſionibus* A, B, E, F media = 56 15

Dupla differentia .... = 0 16 ½.
ſemiſſis .... = 8 ¼.

Hinc differentia Meridianorum ...... = 56 6 ¼.

Vel rejectis maxime differentibus E & A.

habentur.

Ex *Immerſionibus* C & D media ……	=	55′	58″ $\frac{1}{2}$.
Ex *Emerſionibus* B & F media ……	=	56	13
Et hinc differentia Meridianorum ..	=	56	5 $\frac{3}{4}$.
Comparata cum priore ……………	=	56	6 $\frac{3}{4}$.
Erit ex utraque media differentia Merid.	=	56	6 $\frac{1}{4}$.

Hac Obſervatorium Maritimum *D. Meſſier* eſt occidentalius Obſervatorio Cæſareo-Regio Vindobonenſi, eſt autem Obſervatorium *D. Meſſier* orientalius Obſervatorio Regio Pariſino + 2″. ergo Obſervatorium Regium Pariſinum ex his obſervationibus foret occidentalius meo = 56. 8 $\frac{1}{4}$. ſed reductionem hanc in fine omnium faciam.

Notandum: Compendii cauſa deinceps omittam duplam, & ſemiſſem differentiæ, ſtatimque ex comparatione Immerſionum cum Emerſionibus, ſubjungam deductam Meridianorum differentiam.

ANNUS 1758.

Hoc Anno *D. Meſſier* uſus eſt eodem tubo 4 $\frac{1}{2}$. ped. Newtoniano, ego vero tubo novo 4 $\frac{1}{2}$. ped. Newt. quo deinceps ſemper uſus ſum.

	D.	H.	M.	S.	
Maji	2	14	25	19	Immerſ. I. Viennæ
		13	29	54	Eadem Pariſiis.
G.	Differ.	0	55	25	
Junii	19	11*	23	58	Emerſ. I. Viennæ.
		10	26	15	Eadem Pariſiis.
H.	Differ.	0	57	43	
Julii	5	9	39	32	Emerſ. I. Viennæ.
		8	41	42	Eadem Pariſiis.
I.	Differ.	0	57	50	
Julii.	28	14	50	28	Immerſ. II. Viennæ.
		13	54	25	Eadem Pariſiis.
K.	Differ.	0	56	3	

	D.	H.	M.	S.	
Maji	22	14	46	35	Immerſ. II. Viennæ.
		13	51	21	Eadem Pariſiis.
L.	Differ.	0	55	14	
Junii	9	11	49	58	Emerſ. II. Viennæ.
		10	53	41	Eadem Pariſiis.
M.	Differ.	0	56	17	

Igitur.

Ex *Immerſionibus* G & L habetur media = 55′ 19″ ½.

Ex *Emerſionibus* H, I, K, M, media = 56 56 ½.

Hinc differentia Meridianorum ...... = 56 8

ANNUS 1759.

Hoc anno ſolæ Emerſiones habentur correſpondentes ſine Immerſionibus, hinc ex his mea methodo deductionem propoſitam haud velim.

ANNUS 1760.

Ab hoc Anno *Dominus Meſſier* uti cœpit tubo gregoriano 30 pollicum, ego vero tubo 4½ ped. Newtoniano.

	D.	H.	M.	S.	
Julii	3.	11	52	16	Immerſio I. Viennæ.
		10	56	23	Eadem Pariſiis.
N.	Different.	0	55	43	
Auguſti	20	8*	59	47	Emerſio I. Viennæ.
		8	3	38	Eadem Pariſiis.
O.	Different.	0	56	9	
Septembris	12.	9	20	15	Emerſio I. Viennæ.
		8	23	35	Eadem Pariſiis.
P.	Different.	0	56	40	
Julii	19.	14*	49	4	Immerſio II. Viennæ
		13	53	17	Eadem Pariſiis.
Q.	Different.	0	55	47	
Septembris	7	12	8	2	Emerſio II. Viennæ.
		11	11	25	Eadem Pariſiis.
R.	Different.	0	56	37	

Igitur

Ex *Immerſionibus* N, & Q, habetur media = 55′. 30″.
Ex *Emerſionibus* O. P. R. media........ = 56. 24½.

Hinc Meridianorum differentia .... = 56. 7½.

ANNUS 1761.

Dominus Meſſier tubo 30. poll. ego 4½ ped. Newtn.

	D.	H.	M.	S.	
Julii	22	13	40	50	Immerſio I. Viennæ.
		12	45	30	Eadem Pariſiis.
𝔄. Differ.		0	55	20	
Junii	29	15	34	50	Immerſio I. Viennæ.
		14	39	13	Eadem Pariſiis.
𝔅. Differ.		0	55	37	
Auguſti	21	15	48	19	Immerſio I. Viennæ.
		14	52	20	Eadem Pariſiis.
ℭ. Differ.		0	55	59	
Auguſti	23	10	17	9	Immerſio I. Viennæ.
		9	21	8	Eadem Pariſiis.
𝔇. Differ.		0	56	1	
Septemb.	8	8	37	45	Immerſio I. Viennæ.
		7	42	7	Eadem Pariſiis.
𝔈. Differ.		0	55	38	
Septemb.	24	9*	14	15	Emerſio I. Viennæ.
		8	17	26	Eadem Pariſiis.
𝔉. Differ.		0	56	49	
Octob.	17	9	32	52	Emerſio I. Viennæ.
		8	36	25	Eadem Pariſiis.
𝔊. Differ.		0	56	27	
Octob.	31	13	24	44	Emerſio I. Viennæ.
		12	28	7	Eadem Pariſiis.
ℌ. Differ.		0	56	37	
Novemb.	9	9*	48	55	Emerſio I. Viennæ.
		8	52	12	Eadem Pariſiis.
ℑ. Diffet.		0	56	43	

	D.	H.	M.	S.	
Septemb.	8	8	53	39	Immerſio II. Viennæ
		10	38	37	Eadem Pariſiis,
𝔎. Differ.		0	55	2	
Septemb.	26	8	58	5	Emerſio II. Viennæ.
		8	1	5	Eadem Pariſiis.
𝔏. Differ.		0	57	0	
Decemb.	6	11	12	39	Emerſio II. Viennæ.
		10	15	41	Eadem Pariſiis.
𝔐. Differ.		0	56	58	

Igitur

Ex *Immerſionibus* 𝔄, 𝔅, ℭ, 𝔇, 𝔈, 𝔎 media = 55′. 31″½.
Ex *Emerſionibus* 𝔉, 𝔊, ℌ, ℑ, 𝔏, 𝔐 media = 56′. 43″½.

Hinc differentia meridianorum........... = 56′ 7″½.

vel

Rejectis maxime differentibus 𝔎 & 𝔏 habetur
ex cæteris *Immerſionibus* media .... = 55′ 40″½.
ex *Emerſionibus* media .... = 56′ 42″½.

Hinc differentia meridianorum.......... = 56′ 11″.

Annus 1762.

D. Meſſier tubo eodem 30 poll. ego eodem 4½ ped. Newt.

	D.	H.	M.	S.	
Septemb.	2	15*	52	58	Immerſio I. Viennæ.
		14	57	20	Eadem, Pariſiis.
𝔑. Differ.		0	55	38	
Septemb.	11	12	18	37	Immerſ. I. Viennæ.
		11	22	37	Eadem Pariſiis.
𝔒. Differ.		0	56	0	
Novemb.	19	15*	10	9	Emerſio I. Viennæ.
		14	13	58	Eadem Pariſiis.
𝔓. Differ.		0	56	11	

	D.	H.	M.	S.	
Novemb.	21	9	38	52	Emerſio I. Viennæ.
		8	42	13	Eadem Pariſiis.
♎. Differ.		0	56	39	
Decemb.	7	7*	51	50	Emerſio I. Viennæ.
		6	55	38	Eadem Pariſiis.
ℜ. Differ.		0	56	12	
Decemb.	25	7	54	45	Emerſio II. Viennæ
		6	58	35	Eadem Pariſiis.
⊜. Differ.		0	56	10	

Igitur

Ex *Immerſionibus* ℜ & D habetur media = 55″. 49″.
Ex *Emerſionibus* P, ♎, ℜ, ⊜, media = 56. 24½.

Hinc differentia meridianorum .... = 56 6¼.

vel

omiſſis Tyrnavienſibus ℜ, P, ℜ habetur.
Ex *Immerſione* D .... = 56′. 0″.
Ex *Emerſionibus* ♎ & ⊜ media .... = 56 24½.

Hinc differentia meridianorum .... = 56 12¼.

Quare

colligendo has omnes differentias in unum Elenchum habebuntur
Ex 6 obſervationibus Anni 1757 = 56′. 6″¼.
Ex 6........................ 1758 = 56. 8.
Ex 5........................ 1760 = 56. 7½.
Ex 12....................... 1761 = 56. 11. vel 56′. 7″½
Ex 6........................ 1762 = 56. 6¼ vel 56. 12¼.

Hinc ex omnibus media .... = 56 8½ vel 56 10.
& ex his ultimis duabus media.... = 56′ 9″½
eſt autem differentia obſerv. Reg. Pariſ. + 2.

Igitur

Differentia meridiani obſervatorii Cæſ. Regii ab obſ. Reg. Pariſ. ex obſerv. *D. Meſſier* eſt .... = 56′ 11″½
Ego eandem ſemper propoſui in Ephem. meis = 56 10.

ergò ex 35. obſervationibus *D. Meſſier* major $1''\frac{1}{2}$. ſolum deducitur, & nequaquam minor quadraginta aut quinquaginta ſecundis, ut quidam putabant.

Notandum. Ne quis exiſtimet, me artificio quodam uſum, quo ſtupendum hunc conſenſum elicerem, eum noſſe volo 1°. obſervationes has meas non nunc primum ex manuſcripto meo publicatas, & quaſi accommodatas obſervationibus Domini Meſſier, ſed eas pridem a me typis datàs eſſe, ut cuivis conſulenti Ephemerides meas ab Anno 1757 ad hunc 1765 publicatas conſtabit. 2°. noſſe volo cauſas meas, cur potius ex ſerie annorum, quam ex ſumma omnium obſervationum differentiam hanc Meridiani mei a *D. Meſſier* determinaverim, ſunt autem ſequentes: cauſa prima erat, quia methodus mea eſſentialem conditionem requirit hanc, *ut obſervationes ſint conſtanter eodem tubo invariato, & ab eodem obſervatore factæ.* Dominus autem *Meſſier* Annis 1757 & 1758, uſus eſt tubo $4\frac{1}{2}$ ped. Newt. annis autem 1760, 1761 & 1762 tubo gregor. 30. pollicum, quorum tuborum in repræſentando inſignis eſt differentia tum inter ſe tum a meo ita, quemadmodum inferius oſtendam, ut tubus D. Meſſier $4\frac{1}{2}$ ped. ſolum differat $17''$ in tempore a meo, cum tamen tubus 30. pollicum integris $32''$ vel $34''$ a meo diſcrepet. Cauſa ſecunda erat, ut ex hoc ipſo miranda vis meæ methodi magis pateret, (patebit autem multo amplius inferius in fine omnium deductionum) quæ in eo conſiſtit, quod tuborum, oculorum, athmoſphæræ, quæcunque diverſitas, deductionem differentiæ meridianorum omnino nullo modo intra $4''$ vel $5''$ erroneam facere poſſit, ſed eadem ſemper intra limites $2''$ vel $3''$ deducatur differentia, quæcunque fuerit tuborum, & oculorum, & athmoſphæræ diverſa conditio & ſtatus. Si tamen cuipiam de veritate dubitanti periclitari placeat, an non fortaſſis ex ſumma omnium harum obſervationum alia longe diſcrepans Meridian. differentia derivetur, hic primo quærat, mea methodo differentiam meridianorum ex omnibus obſervationibus, hic propoſitis annorum 1757 & 1758 utpote eodem tubo factis, & reperiet ex omnibus *Immerſionibus* minimam L $= 55'. 14''$. & maximam C $= 56'. 30''$. hinc mediam $= 55'. 52'' =$ X. *Item* ex omnibus *Emerſionibus*

minimam E = 55′. 3″. & maximam I = 57′. 50″. hinc mediam = 56′. 26″½. = Z quod ſi jam per Reg. III. comparetur differentia meridianorum reducta ex *Immerſionibus* = 55′. 52″. = X cum differentia deducta ex *Emerſionibus* = 56′. 26″ = Z elicietur differentia vera = 56′. 9″ & addita differentia ab obſervatorio Regio Pariſino + 2″ habebitur differentia prorſus eadem, ut ſupra oſtenſum eſt, nempe = 56′. 11″. Eodem modo, ſi ex omnibus obſervationibus annorum 1760, 1761, & 1762 utpote eodem tubo 30 pollicum factis, quæratur mea methodo differentia, reperietur ex omnibus *Immerſionibus* minima ℜ = 55′. 2″. & maxima 𝔇 = 56′. 1″. hinc media = 55′. 31″½ = X item ex omnibus *Emerſionibus* minima 𝔖 = 56′. 10″, & maxima 𝔏 = 57′. 0″. hinc media = 56′. 35″ = Z & comparatis X, cum Z habebitur a Pariſino Regio vera = 56′. 5″½, quæ demum comparata cum paullo ante deducta ex annis 1757, 1758, = 56′ 11″½ dat mediam veram 56′. 8″, ſtupendo ſane conſenſu, nec ullo modo ultra 3″. variatas, tametſi ſumme diſcrepantes obſervationes ſine diſcrimine delectæ fuerint, itaque exiſtimo, quemvis contemplantem ſerio, & has obſervationes, & meam methodum, plene de veritate rei convictum iri, prout convincendum puto multo uberius ex ſequentibus deductionibus.

SERIES SECUNDA.

Deductio differentiæ Meridiani Obſervatorii Cæſareo-Regii Vindobonenſis, ab Obſervatorio Regio Pariſino ex obſervationibus ſatellitum Jovis I. & II. ab Anno 1757 ad Annum 1762 incluſive factis Pariſiis a cel. D. Maraldi, & Viennæ a P. Hell S. J.

Annus 1757.

Dominus Maraldi uſus eſt tubo 18 pedum dioptrico & ego 4 ped. Newtoniano.

	D.	H.	M.	S.	
Junii	23	10	25	8	Emerſio I. Viennæ.
		9	28	49	Eadem Pariſiis.
A.	Differ.	0	56	19	

	D.	H.	M.	S.	
Martii	18	14*	10	18	Immerſio II. Viennæ.
		13	14	9	Eadem Pariſiis.
B.	Differ.	0	56	9	
Julii	10	9	44	20	Emerſio II. Viennæ
		8	48	20	Eadem Pariſiis.
C.	Differ.	0	56	0	

Ex *Immerſ.* B. .... 56′. 9″.
Ex *Emerſ.* A. & C. media................. 56. 9½.

Differentia Meridianorum................. 56. 9¼.

ANNUS 1758.

Hoc anno *D. Maraldi* uſus eſt tubo 18 ped. dioptr. ego 4½ ped. Newt.

	D.	H.	M.	S.	
Maji	2	14	25	19	Immerſ. I. Viennæ
		13	29	25	Eadem Pariſiis.
D	Differ.	9	55	54	
Auguſt.	12.	10	57	41	Emerſ. I. Viennæ.
		10	1	21	Eadem Pariſiis.
E.	Differ.	0	56	20	

Ex *Immerſione* D. .... 55′. 54″.
Ex *Emerſione* E. .... 56. 20.

Hinc Differentia meridianorum = 56. 7.

ANNUS 1759.

Hoc anno ſolæ Emerſiones ſine Immerſionibus habentur correſpondentes, hinc omittendus.

ANNUS 1760.

D. Maraldi tubo 15. ped. diopt. ego 4½ ped Newt.

	D.	H.	M.	S.	
Julii	3	11	52	16	Immerſ. I. Viennæ.
		10	56	34	Eadem Pariſiis.
F.	Differ.	0	55	42	
Septemb.	12	9	20	15	Emerſ. I. Viennæ.
		8	23	39	Eadem Pariſiis.
G.	Differ.	0	56	35	

	D.	H.	M.	S.	
Julii	19	14*	49	4	Immerſ. II. Viennæ.
		13	53	15	Eadem Pariſiis.
H. Differ.		0	55	49	
Septemb.	7	12	8	2	Emerſ. II. Viennæ.
		11	11	26	Eadem Pariſiis.
I. Differ.		0	56	36	

Ex *Immerſionibus* F. & H. media....... = 55′. 45″½.
Ex *Emerſionibus* G. & I. media....... = 56. 36.

Hinc differentia meridianorum .... = 56. 10½.

ANNUS 1761.

D. Maraldi tubo 15 ped. Diopt. ego 4½ ped. Newt.

	D.	H.	M.	S.	
Julii	29	15	34	50	Immerſ. I. Viennæ.
		14	38	35	Eadem Pariſ.
K Differ.		0	56	15	
Auguſti	21	15	48	19	Immerſ. I. Viennæ.
		14	51	56	Eadem Pariſ.
L. Differ.		0	56	23	
Auguſti	23	10	17	9	Immerſ. I. Viennæ.
		9	20	49	Eadem Pariſ.
M. Differ.		0	56	20	
Septemb.	8	11	33	45	Immerſ. I. Viennæ.
		10	37	59	Eadem Pariſ.
N. Differ.		0	55	46	
Decemb.	6	11	12	29	Emerſ. II. Viennæ.
		10	15	59	Eadem Pariſ.
O. Differ.		0	56	30	

Ex *Immerſionibus* K. L. M. N. media = 56′. 4″½.
Ex *Emerſione* O. .... = 56. 30.

Hinc differentia meridianorum ...... = 56. 17.

ANNUS 1762.

D. Maraldi tubo 15. ped. diopt. ego 4½. ped. Newtoniano.

D.		H.	M.	S.	
Septemb.	2	15*	52	58	Immerſ. I. Viennæ.
		14	56	55	Eadem Pariſ.
P.	Differ.	0	56	3	
Novemb.	21	9	38	52	Emerſ. I. Viennæ.
		8	42	30	Eadem Pariſ.
Q.	Differ.	0	56	22	
Decemb.	7	7*	51	50	Emerſ. I. Viennæ.
		6	55	36	Eadem Pariſ.
R.	Differ.	0	56	14	
Decemb.	25	7*	54	45	Emerſ. II. Viennæ.
		6	58	45	Eadem Pariſ.
S.	Differ.	0	56	0	

Ex *Immerſione* P. .... = 56′. 3″.
Ex *Emerſione* Q. R. S. media ...... = 56. 11.

Hinc differentia meridianorum ...... = 56. 7.

Igitur

Ex ſeriebus annorum habetur

Ex 3 Obſervationibus Anni	1757.	=	56′. 9″¼.
Ex 2...........................	1758.	=	56. 7.
Ex 4...........................	1760.	=	56. 10¼.
Ex 5...........................	1761.	=	56. 17.
Ex 4...........................	1762	=	56. 7.

Ex omnibus Arith. media differentia .... 56. 12.

Notandum I. Si Annorum 1760. 1761. 1762. omnes obſervationes utpote iisdem tubis factæ indiſcriminatim accipiantur, reperietur Ex *Immerſionibus* minima F = 55′. 42″. & maxima L = 56′. 23″. hinc media = 56′. 2″½ = X; item ex omnibus *Emerſionibus* minima S = 56′. 0″, & maxima G = 56′. 36″. hinc media = 56′. 18″. = Z. jam comparatis X cum Z habetur vera = 56′. 10″, magis præciſa.

Notandum II. Ex his *D. Maraldi* 18. obſervationibus, & ex ſupra relatis *D. Meſſier* 35. obſervationibus, atque adeo ex 50 obſervationibus Pariſinis, ſatis quidem, ut opinor, manifeſtum eſt de augenda potius uno vel duobus ſecundis mea differentia hactenus in Ephe-

meridibus propoſita, quam minuenda, ut quidam volebant, attamen, ut vis meæ methodi amplius demonſtretur, ex aliorum quoque Exercitatorum Aſtronomorum obſervationibus a me determinatam differentiam proponendam putavi. Sit *itaque*.

SERIES TERTIA.

Deductio differentiæ Meridiani Tyrnavienſis Obſervatorii *P. Weiſs S. J.* ab Obſervatorio Maritimo *D. Meſſier*, & ex hac determinatio differentiæ Obſervatorii Cæſareo-Regii Vindobonenſis ab Obſervatorio Regio Pariſino.

ANNUS 1761.

Dominus Meſſier uſus eſt tubo 30. poll. gregor. & *P. Weiſs S. J.* tubo 4 ped. Newtoniano.

	D.	H.	M.	S.	
Julii	22	13	45	47	Immerſ. I. Tyrnav.
		12	45	30	Eadem Pariſ.
A.	Differ.	1	0	17	
Julii	29	15	39	23	Immerſ. I. Tyrnav.
		14	39	13	Eadem Pariſ.
B.	differ.	1	0	10	
Auguſti	21	15	52	45	Immerſ. I. Tyrnav.
		14	52	20	Eadem Pariſ.
C.	Differ.	1	0	25	
Auguſti	23	10	21	52	Immerſ. I. Tyrnav.
		9	21	8	Eadem Paris.
D.	Differ.	1	0	44	
Septemb.	8	8	42	47	Immerſ. I. Tyrnav.
		7	42	7	Eadem Pariſ.
E.	Differ.	1	0	40	
Septemb.	24	9	19	0	Emerſ. I. Tyrnav.
		8	17	26	Eadem Pariſ.
F.	Differ.	1	1	34	

	D.	H.	M.	S.	
Octob.	31	13	29	29	Emerſ. I. Tyrnav.
		12	28	7	Eadem Pariſ.
G. Differ.		1	1	22	
Novemb.	9	9	53	40	Emerſ. I. Tyrnav.
		8	52	12	Eadem Pariſ.
H. Differ.		1	1	28	
Septemb.	8.	11	38	40	Immerſ. II. Tyrnav.
		10	48	37	Eadem Pariſ.
I. Differ.		1	0	3	
Decemb.	6	11	17	14	Emerſ. II. Tyrnav.
		10	15	41	Eadem Pariſ.
K. Differ.		1	1	33	

	H. M. S.
Igitur	
Ex *Immerſionibus* A, B, C, D, E, I, media =	1. 0. 23½.
Ex *Emerſionibus* F, G, H, K, media .. =	1. 1. 28.
Hinc differ. merid. a Pariſino *D. Meſſier* =	1. 0. 55¼.
Differentia obſervatorii Regii Pariſ. .... +	2.
Ergo Tyrnavia a Regio Pariſino ...... =	1. 0. 58.
Differentia Tyrnav. a Viennenſi certa = —	4. 45.
Igitur differ. Viennenſ. a Pariſino Regio =	0. 56. 13.

Notandum I. Si numerum obſervationum augere voluiſſem, poteram equidem referre & aliorum annorum obſervationes, quorum numerus facile ad 50*mum* perveniſſet, ſatis tamen a me factum puto, vel his 10 obſervationibus, utpote eo anno factis, quo a ſingulis Aſtronomis hæ obſervationes ſumma cura & diligentia fiebant, propter rariſſimum tranſitum Veneris ante diſcum Solis anno hoc celebratum.

Notandum II. In Actis Illuſtr. Academiæ Scientiarum Pariſinæ ad annum 1761. pag. 475. & 476. legitur ex ejuſdem anni 1761 obſervationibus ſatellitum Jovis a *D. Meſſier*, Pariſ. & a *P. Weiſs S. J.* Tyrnaviæ factis, differentia meridiani Tyrnavienſis a Pariſino, quam ipſemet cel. *D. Pingré* ſe determinaſſe aſſerit, quamque ait, ſe non majorem reperiſſe, quam h. 1. 0′. 27″. quæ

a mea ex Pariſinis & Tyrnavienſibus & meis obſervationibus a me determinata & in meis Ephemeridibus propoſita h. 1. 0′. 55″. differt 28″. & a nunc reperta h. 1. 0′. 58″. diſcrepat integris 31″ diſcrepantia ſane his noſtris ſcrupuloſis temporibus haud toleranda: Quoniam autem uterque noſtrum ex iisdem obſervationibus differentiam adeo diſcrepantem produxerit, res in aperto eſt, ſolam methodum deducendi in cauſa eſſe hujus diſcrepantiæ, videndum igitur cuinam determinationi ſtandum ſit? ſciendum autem methodum meam, eo tempore quo cel. *D. Pingré* hoc ſuum eruditiſſimum *Memoire* typis mandaverat, nondum ad illius notitiam perveniſſe, unde palam eſt, Eum methodo hactenus quidem uſitatiſſima, ſed errore tuborum affecta hanc derivaſſe differentiam, & quidem e ſolis Immerſionibus A, B, C, D, E, hic propoſitis, quarum minimam reperit B = 1^h. 0′. 10″. & maximam D = 1^h. 0′. 44″, e quibus habetur arithmetice media = 1^h. 0′. 27″. Quod autem differentia 1^h. 0′. 27″. deducta ſit ex ſolis his quinque Immerſionibus A, B, C, D, E, id duplici ex capite palam eſt, nam 1°. cum iſtæ a me hic propoſitæ obſervationes omnes omnino ſint nulla excepta, quæ hoc anno 1761. habentur a *D. Meſſier* factæ, & correſpondentes Tyrnavienſibus, hæc autem differentia *Domini Pingré* 1^h. 0′. 27″. a nullis aliis ex his derivari poſſit, quam a minima B & maxima D. clarum eſt ex his ſolis Immerſionibus *Dominum Pingré* ſuam derivaſſe differentiam. 2°. ſatis etiam mihi probabile videtur, quod *Dominus Pingré* eas ſolum adhibuerit obſervationes, quas reperit in mea collectione de Tranſitu Veneris typis data; jam vero in ea collectione retuli quidem omnes obſervationes ſatellitum *Patris Weiſs*, ſed *Domini Meſſier* ſatellitum obſervationes præter duas Emerſiones ſolæ tantum Immerſiones ibidem referuntur, quas ſolas tunc mecum communes voluit; igitur cum ſolas Immerſiones *Domini Meſſier* correſpondentes Tyrnavienſibus invenerit *Dominus Pingré*, & his ſolis etiam hanc ſuam differentiam definiviſſe, dubium eſſe non poteſt; hanc autem differentiam *Domini Pingré* 1^h. 0′. 27″. affectam eſſe errore tuborum, facile demonſtratur. Demonſtravi enim in Ephem. 1764, quantitatem affectus

tubi ad has obſervationes adhibiti, eſſe ſemiſſem differentiæ inter duas differentias, quarum una deducitur ex ſolis *Immerſionibus*, altera ex ſolis *Emerſionibus*, jam vero differentia Merid. ex *Immerſionibus* ſupra a me reperta eſt = 1. 0. 23½ & ex *Emerſionibus* = 1ʰ. 1′. 28″, quæ a ſe invicem differunt per 1′. 4″½, cujus ſemiſſis eſt; 32″. qui eſt effectus tubi, quo præſtantior eſt tubus *D. Meſſier* præ tubo *P. Weiſs*, jam igitur ſi hæc 32″. addantur ad differentiam *D. Pingré* 1ʰ. 0′. 27″. habebitur differentia vera = 1ʰ. 0′. 59″, conſentiens meæ nunc derivatæ 1ʰ. 0′, 58″. Num itaque cel. *D. Pingré* meam in Ephemeridibus propoſitam 1ʰ. 0′. 55″. minuendam 28″. in Actis celeberrimis recte pronunciaverit, judicium eſto penes harum rerum peritos Aſtronomos.

SERIES QUARTA.

Deductio Differentiæ Meridianorum Stockholmienſis Obſervatorii, ab Obſervat. Cæſ. Regio Vindobonenſi ex obſervationibus *Cel. D. Wargentin*, & *P. Hell S. J.*

Annus 1751.

D. Wargentin tubo Dollondi 10. pedum applicata oculari lente Num. 2. ego 4½ ped. Newton.

	D.	H.	M.	S.	
Auguſt.	7	12	4	51	Immerſ. I. Stockhol.
		11	57	15	Eadem Viennæ.
A.	Differ.	0	7	36	
Septemb.	1	9	3	6	Immerſ. II. Stokhol.
		8	58	39	Eadem Viennæ.
B.	Differ.	0	7	27	
Septemb.	26	9	3	54	Emerſ. II. Stokhol.
		8	58	5	Eadem Viennæ.
C.	Differ.	0	5	49	
Novemb.	22	6	9	24	Emerſ. II. Stokhol.
		6	2	55	Eadem Viennæ.
D.	Differ.	0	6	29	

Igitur

Ex *Immerſionibus* A & B. media = 7'. 31''½.
Ex *Emerſionibus* C & D. media = 6. 9.

Hinc differentia meridianorum = 6. 50½.

ANNUS 1762.

D. Wargentin tubo 10. ped. Dollondi applicato oculari Num. 2. ego tubo 4½ ped. Newt.

	D.	H.	M.	S.	
Auguſt.	8	14	7	51	Immerſ. II. Stokhol.
		13	59	51	Eadem Viennæ.
E.	Differ.	0	8	0	
Novemb.	30	10	58	33	Emerſ. II. Stokhol.
		10	53	20	Eadem Viennæ.
F.	Differ.	0	5	13	

Igitur

Ex *Immerſione* E. .... = 8'. 0''.
Ex *Emerſione* F. .... = 5. 13.

Hinc differentia meridianorum .... = 6. 36⅓.
Differentia ex Anno 1761. .... = 6. 50½.

Ex his

Differentia Stokhol. & Vienn. .... = 6. 43.

Deductio differentiæ meridianorum Pariſini *D. Meſſier*, & Stokholmiæ *D. Wargentin*.

ANNUS 1761.

D. Wargentin tubo 10. ped. Dollondi, & ocul. Num. *D. Meſſier* tubo 30. pollic. gregoriano.

	D.	H.	M.	S.	
Auguſti	14	13	59	39	Immerſ. I. Stokhol.
		12	56	51	Eadem Pariſ.
A.	Differ.	1	2	48	
Auguſti	14	14	21	37	Immerſ. II. Stokhol
		12	18	37	Eadem Pariſ.
B.	Differ.	1	3	0	

	D.	H.	M.	S.	
Septemb.	26	9	3	54	Emerſ. II. Stokhol.
		8	1	5	Eadem Pariſ.
C.	Differ.	1	2	49	

Igitur

Ex *Immerſionibus* A & B. media...... = 1ʰ. 2′. 54″.
Ex *Emerſionibus* C .... = 1. 2. 49.

Hinc differ. merid. Pariſ. a Stokhol.... = 1. 2. 52½.

ANNUS 1762.

Tubis iisdem, & ocularibus iisdem.

	D.	H.	M.	S.	
Auguſti	3	13	50	27	Immerſ. I. Stokhol.
		12	47	21	Eadem Pariſ.
D.	Differ.	1	3	6	
Novemb.	21	9	44	58	Emerſ. I. Stokhol.
		8	42	13	Eadem Pariſ.
E.	Differ.	1	2	45	

Igitur

Ex *Immerſione* D.................... = 1ʰ. 3′. 6″.
Ex *Emerſione* E.................... = 1. 2. 45.

Hinc differentia meridianorum...... = 1. 2. 55½
Ex Anni 1761........................ = 1. 2. 52½

Ex his

Stokholmia ab Obſervator. D. *Meſſier* = 1. 2. 53½.
Obſervatorium Reg. Pariſ................ + 2.
Ergo Stokholmia a Regiô Pariſ..... = 1. 2. 55½.
Sed Viennam inter & Stokholm.... = 0. 6. 43.

Ergo Vienn. inter & obſerv. Reg. Pariſ. = 0. 56. 12½.

SERIES QUINTA.

Deductio differentiæ Meridianorum Upſalenſis & Viennenſis ex obſervationibus *Cel. D. Mallet* tubo gregor. 2 ped. & *P. Hell S. J.* tubo 4½. ped. Newt.

Annus 1760.

	D.	H.	M.	S.	
Septemb.	12	9	24	10	Emerſ. I. Upſal.
		9	20	15	Eadem Viennæ.
A.	differ.	0	3	55	
Octobris	21	8	10	24	Emerſ. I. Upſal.
		8	6	24	Eadem Viennæ.
B.	Differ.	0	4	0	
Novemb.	6	6	32	17	Emerſ. I. Upſal.
		6	27	17	Eadem Viennæ.
C.	Differ.	0	5	0	

Annus 1761.

Auguſti	23	10	22	42	Immerſ. II. Upſal.
		10	17	9	Eadem Viennæ.
D.	Differ.	0	5	33	
Septemb.	1	8	58	19	Immerſ. II. Upſal.
		8	53	39	Eadem Viennæ.
E	Differ.	0	4	40	

Annus 1762.

Novemb.	21	9	43	52	Immerſ. I. Upſal.
		9	38	52	Eadem Viennæ.
F.	Differ.	0	5	0	

Igitur

Ex *Immerſionibus* D, E, F, media...... = 5′. 6″½.
Ex *Emerſionibus* A, B, C, media...... = 4. 27½.

Hinc differ. Merid. Vien. & Upſal.... = 4. 47.

Vel rejectis A & E *maxime differentibus.*

Habetur ex *Immerſionibus* D & F media = 5′ 16″ $\frac{1}{2}$.
ex *Emerſionibus* B & C media .. = 4 30

Hinc differentia Meridianorum vera .. = 4 53 $\frac{1}{4}$.

Deductio differentiæ Meridianorum Upſalenſis & Pariſini D. *Meſſier*. D. *Mallet* tubo 2. ped. gregor. & D. *Meſſier* tubo greg. 30. poll.

Annus 1760.

D.	H.	M.	S.	
Septembr. 12	9	24	10	Emerſ. I. Upſal.
	8	23	35	Eadem Pariſiis.
A Differ.	1	0	35	
	1761			
Augusti 23	10	22	42	Immerſ. I. Upſal.
	9	21	8	Eadem Pariſiis.
B. Differ.	1	1	34	
	1762			
Novemb. 21	9	43	52	Immerſ. I. Upſal.
	8	42	13	Eadem Pariſiis.
C. Differ.	1	1	39	

Igitur.

Ex *Immerſionibus* B & C media ...... = 1^h 1′ 36″ $\frac{1}{2}$.
Ex *Emerſione* A .... = 1 0 35

Differ. Merid. Upſal. inter Obſ. *D. Meſſ.* = 1 1 5 $\frac{1}{2}$.
Obſervatorium Reg. Pariſ. .... + 2

Ergo ab Obſervatorio Reg. Pariſino .. = 1 1 7 $\frac{1}{2}$.
Sed differentia Viennam inter & Upſ. = 0 4 53 $\frac{1}{4}$.

Ergo differ. Vienn. inter & Reg. Pariſ. = 56 14 $\frac{1}{4}$.

SERIES SEXTA.

Deductio differentiæ Meridianorum Greenvichium inter & Obſervatorium Cæſ. Reg. Vindobonenſe ex Obſervationibus *Cel. D. Green* tubo gregor. 2. ped. & *P. Hell S. J.* tubo 4½. ped. Newt.

Annus 1761.

	D.	H.	M.	S.	
Julii	22.	13	30	50	Immerſ. I. Viennæ.
		12	35	29	Eadem Greenvich.
A.	Differ.	1	5	21	
Auguſti	7	11	57	15	Immerſ. I. Viennæ.
		10	51	52	Eadem Greenvich.
B.	Differ.	1	5	23	
Auguſti	30	12	13	21	Immerſ. I. Viennæ.
		11	7	58	Eadem Greenvich.
C.	Differ.	1	5	23	
Novemb.	2	7	53	50	Emerſ. I. Viennæ.
		6	48	21	Eadem Greenvich.
D.	Differ.	1	5	29	
Septemb.	8	11	33	25	Emerſ. II. Viennæ.
		11	28	5	Eadem Greenvich.
E.	Differ.	1	5	20	

Igitur.

Ex *Immerſionibus* A. B. C media . . . . . . =	1ʰ	5′	22″
Ex *Emerſionibus* D & E, media . . . . =	1	5	24½
Hinc diff. Merid. Vienn. & Greenvich. . =	1	5	23¼
Sed Greenvichium a Reg. Pariſino . . =	–	9	10
Igitur diff. Merid. Vienn. & Pariſ. Reg. . =		56	13¼

Notandum: Differentiam Meridianorum Pariſini Regii & Greenvichenſis nullis habitis obſervationibus correſpondentibus deducere non potui, hinc eam aſſumpſi prout jam alias certo definita habetur nempe = 9′, 10″.

SERIES SEPTIMA.

Deductio differentiæ Meridianorum inter Obſervatorium *D. Maſſon* in Capite bonæ ſpei & Obſervatorium Cæſ. Reg. Vindob. *P. Hell S. J.*

Annus 1761.

	D.	H.	M.	S.	
Julii	29	15	42	44	Immerſ. I. Cap. B. S.
		15	34	50	Eadem Viennæ.
A.	Differ.	0	7	54	
Auguſti	7	12	5	46	Immerſ. I. Cap. B. S.
		11	57	15	Eadem Viennæ.
B.	Differ.	0	8	31	
Auguſti	23	10	25	10	Immerſ. I. Cap. B. S.
		10	17	9	Eadem Viennæ.
C.	Differ.	0	8	1	
Auguſti	30	12	21	32	Immerſ. I. Cap. B. S.
		12	13	21	Eadem Viennæ.
D.	Differ.	0	8	11	
Septemb.	1	9	2	20	Immerſ. II. Cap. B. S.
		8	53	39	Eadem Viennæ.
E.	Differ.	0	8	41	
Septemb.	8	11	42	20	Immerſ. II. Cap. B. S.
		11	33	45	Eadem Viennæ.
F.	Differ.	0	8	35	
Septemb.	24	9	21	35	Emerſ. I. Cap. B. S.
		9	14	15	Eadem Viennæ.
G.	Differ.	0	7	20	

Igitur.

Ex *Immerſionibus* omnibus media .... = 8′ 17″½
Ex *Emerſione* G. .... = 7 20

Hinc diff. Caput Bonæ Spei & Vienn.... = 7 48½

Deductio differentiæ Meridianorum inter Caput Bonæ Spei, & Pariſios ex Obſervationibus *D. Maſſon*, & Pariſiis *D. Meſſier*.

Annus 1761.

	D.	H.	M.	S.	
Julii	29	15	42	44	Immerſ. I. Cap. B. S.
		14	39	13	Eadem Pariſiis.
A.	Differ.	1	3	31	
Auguſti	21	15	56	2	Immerſ. I. Cap. B. S.
		14	52	20	Eadem Pariſiis.
B.	Differ.	1	3	42	
Auguſti	23	10	25	10	Immerſ. I. Cap. B. S.
		9	21	8	Eadem Pariſiis.
C.	Differ.	1	4	2	
Septemb.	24	9	21	35	Emerſ. I. Cap. B. S.
		8	17	26	Eadem Pariſiis.
D.	Differ.	1	4	9	

Igitur.

Ex *Immerſionibus* A, B, C media	=	1^h	3′	46″½
Ex *Emerſione* D.	=	1	4	9
Hinc diff. Merid. Pariſ. & Cap. B. S..	=	1	3	58
Obſervatorium Reg. Pariſ.			+	2
Ergo ab Obſervatorio Regio Pariſ....	=	1	4	0
Sed Caput Bonæ Spei & Vienn.			7	49
Ergo Vienn. & Pariſ. Regium	=	0	56	11

CONCLUSIO.

Quod ſi jam per ſeptem haſce Series fuſe deductas differentias Meridiani Obſervatorii Regii Pariſini ab Obſervatorio Cæſareo Regio Vindobonenſi in unam Tabulam colligamus, habebimus ſequentem Elenchum.

		Diff. Merid.	
		M.	S.
Ex *D. Maſſon*, *D. Meſſier* & meis 11	Obſ......	56	11
D. Meſſier & meis............ 35	Obſ......	56	11½
D. Maraldi & meis 18	Obſ......	56	12
D. Wargentin, *D. Meſſier* & meis 11	Obſ......	56	12½
P. Weiſs, *D. Meſſier* & meis.. 10	Obſ......	56	13
D. Green & meis............... 5	Obſ......	56	13¼
D. Mallet, *D. Meſſier* & meis 9	Obſ......	56	14
Ergo ex his omnibus numero.... 99	Obſ. med.	56	12¼
Seu numero, ut vocant rotundo	=	56	13
Ego eandem in Ephemeridibus propoſui	=	56	10

Jam igitur penes harum rerum peritos Aſtronomos judicium eſto, & de mea Methodo, & de augenda vel minuenda differentia inter Meridianum mei Obſervatorii & Regii Pariſini. Recenſui nonaginta novem combinationes, omnes in eandem differentiam intra limitem 3″. ſecundorum conſpirantes, nec exiſtimo aut plures a me deſiderari Obſervationes recenſendas, quas & habeo, & adferre potuiſſem, ſi de ſolo numero ageretur, aut adhuc majorem præciſionem præſtolari ex quibuscunque aliis obſervationibus Aſtronomicis; cuperem ſane, quod & alias ad meos Correſpondentes me ſcripſiſſe memini, ut hac præciſione & aliorum locorum differentias determinatas haberemus.

Notandum: Monendi iſthic mihi ſunt lectores nonnulli bina. *Primum* differentias Meridianorum hic a me determinatas, quæ intercedunt inter Stokholmiam & Pariſios, inter Stokholmiam & Viennam; aut differentias meridiani inter Upſalam & Pariſios, & Upſalam inter & Viennam; item differentias inter Caput Bonæ Spei & Pariſios, & inter Caput Bonæ Spei & Viennam, me pro præciſe determinatis aſſerere non velle, eo quod e paucis admodum obſervationibus deductæ ſint, quanquam eæ, quæ ad Stokholmiam & Upſalam pertinent, mihi ſat præciſæ intra limitem 5″. ſecundorum videantur, quæ tamen differentiam Capitis Bonæ Spei attinet, ea pluribus ſecundis dubia mihi eſt, propterea, quod inter ſeptem Obſervationes unica tantum cenſeatur Emer-

ſio. *Secundum* monitos volui lectores, ex eo capite, quod quis has nunc dictas differentias non ſatis certas eſſe intelligit, nequaquam falſam hanc concluſionem formare audebit, *igitur, & differentia Viennam inter & Pariſios dubia erit*, utpote ex his incertis differentiis deducta, quaſi ex duabus incertis tertia certa deduci non poſſet, falſam eſſe hanc concluſionem in hac materia comparativa plurima in Matheſi exempla demonſtrant, ſic in Arithmetica e duplici falſa poſitione deducimus quantitatem veram, quam regulam *duplicis poſitionis falſæ* nominamus, ſic in geometria, e duplici falſa menſura deducimus tertiam veram &c. Igitur etſi concedam Ex. Gr. differentiam inter Caput Bonæ Spei & Pariſios $= 1^h. 4'. 0''$. eſſe falſam, item differentiam inter Caput Bonæ Spei & Viennam $= 7'. 49''$. eſſe pariter falſam, differentiam tamen inter Pariſios & Viennam ex his falſis duabus differentiis deductam $= 56'. 11''$. ajo, & affirmo eſſe veram, certiſſimamque; fundamentum certitudinis ſitum eſt in eo, quod *ex iiſdem obſervationibus & non ex aliis concluſio derivetur*. Nam certe quacunque quantitate creſcat, vel decreſcat differentia inter Caput Bonæ Spei, & Pariſios, eadem omnino quantitate creſcere vel decreſcere debet differentia inter Caput Bonæ Spei & Viennam ſpectatis iiſdem obſervationibus, ſic ſi ponamus ex iiſdem obſervationibus deductam eſſe differentiam inter Caput Bonæ Spei & Pariſios $= 1^h. 4'. 15''$. erit eadem inter Caput Bonæ Spei & Viennam $= 7'. 49''. + 15''$. hoc eſt $8'. 4''$., & conſequenter differentia inter Pariſios & Viennam $= 56'. 11''$. ut prius. Non igitur audiendus eſt, qui negat, e falſa poſitione duplici veram elici poſſe, dum eædem omnino adhibentur obſervationes, & non aliæ.

ANIMADVERSIONES.

In Methodum determinandi differentias Meridianorum ex obſervationibus Satellitum Jovis I. & II. in Ephemeridibus Anni 1764. à Pag. 188. ad 208. a me propoſitam, quibus uſus hujus methodi magis univerſalis oſtenditur.

ANIMADVERSIO I.

In Ephemeridibus meis Anni 1764. meam referendo methodum ex obſervationibus Satellitum Jovis I. & II. dixi 1°. *nihil eſſe in hac methodo, quod eius præciſionem dubiam, aut minus certam facere poſſit.* 2do *eam præferendam eſſe omnibus hactenus cognitis methodis ab Obſervationibus Aſtronomicis derivatis.* Fuere itaque nonnulli, qui vim meæ methodi aut reipſa non ſatis aſſecuti ſunt, aut ſalem non ſatis aſſecuti videri voluerunt, cumque verba mea, quibus ajebam, *diverſitatem tuborum & eorum præſtantiam non modo meæ methodi non obeſſe, ſed ex ipſa mea methodo hanc determinari, atque ad æqualitatem unius ejusdemque tubi reduci.* non recto ſenſu acciperent, putantes me loqui de ſola præſtantia tubi, ſecluſa acie oculorum obſervantium & ſtatu athmoſphæræ per quam obſervationes fierent, idcirco, & conditiones ibidem a me poſitas, & methodum ſtrictim hic repetendam putavi, ut de ſingulis uberius mentem meam atque verum meorum verborum ſenſum, explicem quem facile ipſimet per ſeſe intelligere, ejusque uſum omnino univerſalem perſpicere poterant.

Conditio I. pag. 190 Ephem. 1764. ſequens eſt: *Obſervationes Satellitis I. & II. duntaxat adhibeantur, rejectis penitus III. & IV.* Neceſſitatem hujus conditionis facile quisque perſpicit, ex motu Satellitum, id eſt, ex celeritate ingreſſus in umbram, vel ex umbra Jovis egreſſus, quæ obſervationem plerumque non ultra 10″. dubiam facere poteſt, ſuppoſito obſervatore exercitato, & ſtatu cœli favente, atque oculo, tuboque bene diſpoſitis. Secus ſentiendum de III. & IV. Satellite ab motum lentiorem.

Conditio II. *Hæ obſervationes eodem conſtanter tubo factæ ſupponuntur*, cujuscunque demum is ſit præſtantiæ, *modo non ſit nimium debilis in repræſentandis objectis cæleſtibus.* Hæc mea eſt conditio adeo neceſſaria, & eſſentialis ut vel hac ſola non obſervata, uſus meæ methodi eſſe nequeat; hinc, cum dico *eundem, conſtanter tubum adhibendum*, bina intelligo: 1°. ipſam vim tubi ſecundum ſe ſpectatam in obſervationibus ſingulis, debere eſſe eandem, hoc eſt, conſtitutionem partium machinæ opticæ, quam tubum vocamus, eandem permanere debere. Non igitur manet identitas tubi, ſi quis aut diverſorum focorum lentes oculares

ſionem itidem in omnibus faventibus circumſtantiis ab eodem Obſervatore eodem tubo factam, ut patet ex Anno 1758. pag. 239. aut certe non plures, quam quatuor, duas Immerſiones & totidem Emerſiones, ut liquet ex Anno 1760. pag. 239 & 140 ſi quis igitur ex me cauſam quærat, cur in hac conditione III. tam magnum obſervationum numerum poſtulaverim, eum noviſſe velim, 1°. me initiantium obſervatorum diligentiam excitatam voluiſſe, ne ſcilicet ſatisfeciſſe ſuo officio putent, ſi duas, quatuorve obſervationes faciant. 2*do* : reſpexiſſe ad obſervationes incipientium, quarum pleræque, ob non ſatis exercitatum modum obſervandi, vitioſæ eſſe ſolent. 3*tio:* quia e magno etiam numero ſæpe vix binæ, aut ternæ habentur; quæ ſecundum omnes circumſtantias bonæ cenſeri debeant. 4*to*. denique ut e majore numero eo magis elucescat vis univerſalis meæ methodi, in qua eadem elicitur differentia, ſeu adhibeantur tantum duæ bonæ, ſeu centum, aut quotcunque obſervationes, ut ſupra vidimus. Quod ſi igitur non requiruntur niſi binæ, vel ad ſummum quaternæ obſervationes, jam neminem futurum puto, qui ex eo capite, quod tam Immerſiones quam Emerſiones requiram, exiſtimabit meam hanc methodum ſolum uſui eſſe pro locis, in quibus Obſervatores per plures annos commorantur, ineptam vero pro locis, in quibus Aſtronomi vix per menſes aliquot degunt, ſufficiet enim commoratio duorum Menſium, uno ſcilicet ante oppoſitionem Jovis cum Sole, quo Immerſiones; & altero menſe poſt oppoſitionem, in quo Emerſiones obſervari poterunt, ſed quoniam hæc quoque circumſtantia pro itinerantibus Aſtronomis ſatis adhuc inepta eſſe noſcitur, dabo inferius methodum, ubi vel ex una obſervatione, ſeu ea ſit Immerſio, ſeu Emerſio, tubo quocunque facta, cum omni præciſione hactenus non uſitata perinde definiatur differentia Meridianorum, quaſi complures & Immerſiones, & Emerſiones obſervatæ fuiſſent.

Conditio IV. *Tot fere requiro Immerſiones, quot Emerſiones &c.* hæc conditio, ex conditionis tertiæ paullo ante data explicatione intelligitur, nihilque novi ſuper addit, niſi conditionem neceſſariam hanc, quod ſcilicet in mea methodo neceſſario requiram tam *Immerſiones*, quam *Emerſiones* ob tubor. oculorum & atmoſphæræ diverſum noſcendi

effectum, qui effectus ex ſolis *Immerſionibus* aut ſolis *Emerſionibus* omnino noſci non poteſt.

Conditio V. *Habeatur ſelectus ſingularis earum obſervationum &c.* Quæ in hac conditione recenſentur, ea ſpectant *bonitatem* obſervationis, hic ſolum ob ſtatum diverſum atmoſphæræ univerſalem regulam *bonitatis* obſervationis additam volo, quam ego hactenus pro ſecuriſſima uſurpabam; ea autem eſt hujusmodi, quæ ſupponit tubum & oculum adeo bonum, quo nocte illuni, & cœlo ſereno, Jove item ſupra vapores horizontis elevato, *faſciæ Jovis* clare & diſtincte cernuntur, quod ſi quis tali tubo & oculo gaudet, facile de bonitate obſervationis judicium feret, ſcilicet bonam affirmabit, ſi ſub obſervatione *faſcias Joviales* clare & diſtincte cernat, dubiam, ſi eas dubie videat, malam, ſi eas prorſus non diſcernat; nam cum Jupiter his faſciis nunquam careat, licet plures, pancioresque nonnunquam habeat, fieri nequit pro caſu, quo has diſtincte cernit, ut obſervatio, ſeu ex defectu tubi, ſeu ex defectu oculi, ſeu ex malo ſtatu athmoſphæræ mala eſſe poſſit, hoc eſt, clara faſciarum viſio obſervatorem certum reddit, & tubum bene diſpoſitum, & oculum non male affectum eſſe, & Jovem in plaga cœli ſerena, a vaporibus vacua, verſari, reſpectu nempe ejusdem tubi & oculi, quo alias faſciæ diſcernebantur. Hinc ſufficit obſervatorem adnotare hanc circumſtantiam, num ſcilicet faſcias Jovis, quas alias in circumſtantiis optimis videre ſolebat, diſcreverit per tubum, & quomodo? hæc mea eſt regula, qua ego meaſmet obſervationes notare ſoleo, num bonæ aut dubiæ, aut malæ ſint. Certe ſtatus cœli ſerenus & altitudo major Jovis ſupra horizontem, aut exiſtimatus ſtatus bonus tubi, & oculi per ſæpe obſervatorem in errorem inducere poſſunt affirmandæ obſervationis *bonæ*, quam tamen non viſis faſciis Jovialibus inter dubias aut plane malas referre debuiſſet, ſæpe enim cœlum præſertim noctu, exiſtimatur ſerenum, & tamen eſt admodum vaporoſum, aut tenuibus nubeculis, quæ libero oculo non diſcernuntur, obductum, ſæpe tubus putatur optime aptatus, cum tamen, aut a vaporibus nocturnis, aut frigore aut pulveribus vitium contraxit, nonnunquam etiam oculus videtur ſatis bene diſpoſitus, cum tamen e cauſis ignotis caliget; niſi itaque

certus ſit Obſervator has omnes circumſtantias recte ſe habere, de bonitate obſervationis ſuæ judicium rectum vix feret, ut itaque certus ſit de bonitate obſervationis, faſciæ Joviales certum *criterium* præſtabunt; hæc quidem ita ſe habent, ex ſuppoſito tubi, & oculi faſcias Jovis exhibentis. Si quis autem uteretur aut tubo adeo debili aut oculis minus recte ſe habentibus, ut tempore ſereniſſimo & alto Jove atque nocte illuni faſcias Jovis videre non poſſet, criterum quidem certum bonitatis obſervationis nullum habere poteſt obſervator ex faſciis Jovialibus, attamen ordinaria illa, atque hactenus uſitata indicia, ut ſi nocte illuni ſtellæ fixæ minoris magnitudinis videantur, & Jupiter ſatis altus ſit, tubus etiam optime conſervatus, aut recens repurgatus, itemque oculi modo ordinario bene valentes habeantur, utcunque certum de bonitate reſpectiva obſervationis obſervatorem reddere poſſunt, utilesque eſſe poſſunt hujusmodi obſervationes modo ab exercitato obſervatore factæ ſint, verumtamen a tali Obſervatore in hujusmodi circumſtantiis factæ obſervationes, plures requiruntur ad accuratam determinationem differentiæ Meridianæ, ut e majori numero obſervationum pateat, quænam magis inter ſe conſentiant, quæ ad hunc finem adhiberi debent.

Conditio VI. requirit Obſervatorem exercitatum, maxime ſi e paucis obſervationibus definienda ſit differentia; his conditionibus rite intellectis, progredior ad ipſammet meam methodum ex obſervationibus ſatellitum Jovis I. & II. differentiam Meridianorum deducendi.

ANIMADVERSIO II.

Methodus mea accuratam determinandi differentiam ex obſervationibus ſatellitum Jovis I. & II. ſuppoſitis conditionibus in Animadverſione *Ima* recenſitis, ſequentibus tribus Regulis, in Ephem. Anni 1764. pag. 191. & in his Ephem. ſupra pag. 229. relatis continetur.

Regula I. E ſelectis *ſolis bonis Immerſionibus* I. & II. ſatellitis, vel ſi placet ſelectis ſeorſim ſatellitis I. & ſeorſim ſatellitis II. deducatur differentia Meridianorum arithmetice media, ut exempla ſupra relata ſatis fuſe oſtendunt.

Regula II. E ſelectis item *ſolis Emerſionibus bonis* I. & II. ſatellitis pari modo determinetur altera differentia meridianorum arithmetice media.

Regula III. Differentia Meridianorum producta ex *Immerſionibus* comparetur cum differentia meridianorum deducta ex *Emerſionibus*, ſi inæquales fuerint, minor a majore ſubtrahatur, Reſiduum diviſum bifariam, & additum differentiæ minori, vel a majore ſubtractum, dabit meridianorum differentiam veram, certamque intra limitem erroris non maioris, quam 5 ſecundorum.

Ex harum Regularum contemplatione veritates ſequentes certæ eluceſcunt. I. Quoniam conſtanter idem invariatus tubus, cujuscunque ſit præſtantiæ, idemque obſervator, ſeu acies oculi eadem, & idem ſtatus athmoſphæræ ſupponitur tam in Immerſionibus, quam in Emerſionibus obſervatis in loco A; item in loco B idem invariatus tubus quantumvis diverſus à tubo loci A, idemque obſervator, ſeu acies oculi eadem, quantumvis diverſa ab oculorum acie loci A; item idem ſtatus athmoſphæræ, quantumvis diverſus a ſtatu athmoſpæræ loci A, ſequitur: omnem quidem obſervationem e triplici cauſa affectam eſſe poſſe, *Primo*: tubo ſecundum ſe ſpectato. *Secundo*: acie oculi obſervantis; & *Tertio*: athmoſphæræ ſtatu, attamen in omnibus obſervationibus tria hæc eſſe eadem, atque invariata reſpectu obſervationum ejuſdem loci; unde omnis obſervatio ſeorſim accepta, præter Meridianorum differentiam, eſt complexum ex præſtantia tubi ſecundum ſe conſiderata, quæ eſt indefinita, ex acie oculi obſervantis, & ex ſtatu atmoſphæræ; Quapropter differentia Meridianorum deducta e *ſolis Immerſionibus*, vel ex *ſolis Emerſionibus* complectitur differentiam tubi ſecundum ſe, differentiam oculorum, & differentiam ortam ex athmoſphæræ ſtatu. Igitur, ut obſervatio repurgetur, aut ab effectu tubi ſecundum ſe, aut ab effectu aciei diverſæ oculorum vel a ſtatu athmoſphæræ diverſo, neceſſarium ſolum eſt, noſſe quantitatem effectus *totius complexi*, & nequaquam ſeorſim, effectum tubi ſecundum ſe, aut ſeorſim vim oculorum, vel ſtatum athmoſphæræ ſeorſim, quorum ſeorſiva notitia, uti admodum eſt difficilis, ita in hac noſtra methodo, &

ſuperflua, & inutilis eſſe intelligitur; Nam ſi ſerio rem contemplemur, patebit illico ſuperfluitas notitiæ cujusvis cauſæ harum trium ſeorſim ſpectatæ, utpote quarum quælibet, & indefinita eſt, & apta ſe ſola poſitis duabus cæteris paribus, obſervationem afficere; ſed quoniam longum nimis foret (ut ex arte combinatoria noſcitur) harum trium cauſarum diverſas combinationes variantes referre omnes, rem unico exemplo declarabo,

Ponamus in eodem loco duos obſervatores A, & B, eandem Immerſionem ſatellitis I. Jovis obſervantes, ſtatus igitur athmoſphæræ idem erit utrique; Ponamus autem obſervatorem A habere aciem oculorum debilem, e contra obſervatorem B excellente acie oculorum gaudere; ponamus adeſſe duos diverſæ præſtantiæ tubos, tubus B ſit 18 pedum excellens, tubus vero D ſit 9 pedum & admodum mediocris præſtantiæ, ſit denique præſtantia tubi D, ad tubum C in eadem ratione, qua eſt acies oculi obſervatoris A, ad obſervatorem B. Si jam obſervator A utatur tubo excellente C, 18 pedum, & obſervator B, tubo 9 pedum D, fieri utique poterit, ut uterque eandem Immerſionem eodem ſecundo temporis, aut ſaltem non multum diverſo fieri obſervent, hoc eſt, nulla differentia tubi & oculi ſimul ſumpti habeatur; Nam hoc caſu complexum effectus tubi & oculi, & athmoſphæræ eundem effectum præſtabit reſpectu obſervatoris A, quem præſtat reſpectu obſervatoris B. ergo etiam in caſu, quo duo hi obſervatores cum hoc complexo ponerentur in duobus locis diſſitis, unus Ex. Gr. Viennæ, alter Pariſiis, diverſitas effectus nulla haberetur, perindeque ſe haberet obſervatio, quaſi uterque obſervator pari tubo & oculorum acie præditus fuiſſet; Jam vero, ſi duo obſervatores pari gaudentes oculorum acie, ſed tubis diſparibus inſtructi, aut poſitis quidem tubis paris præſtantiæ, ſed diſpari oculorum acie, perinde affecta obſervatio erit effectu diſpari viſionis, perindeque erit, quoad hunc effectum ſeu is a tubo, ſeu ab oculo proficiſcatur, ſufficitque noſſe quantitatem diſparis effectus, hoc eſt, totius complexi, etſi ignoretur, an ab oculis ſeorſim, an tubo ſeorſim ſpectato, an a ſtatu athmoſphæræ pro-

venerit, hoc eſt, noſſe ſufficit quantitatem effectus totius complexi harum trium cauſarum, etſi in particulari neſciatur, an omnes tres, aut quænam ex his tribus ſit cauſa effectus diſparis.

IIdo. Palam eſt poſita conditione: *viſionis faſciarum jovialium*, de qua ſupra diſſerui, *ſtatum athmoſphæræ*, duorum locorum diſſitorum, aut nullam, aut plane contemnendæ parvitatis variationem in has obſervationes inducere; hinc equidem idem ſtatus athmoſphæræ ſine ſcrupulo ſupponi poterit, quoties faſciæ joviales diſtincte diſcernuntur; id quidem hic notandum circa faſcias joviales, eas non eſſe ſemper nec ejusdem figuræ, nec numeri, atque adeo jam latiores, jam contractiores, jam plures, jam pauciores eſſe; hinc nonnunquam facilius, alias autem difficilius diſcernibiles, attamen ab exercitato obſervatore facile judicium formari poteſt, num has, quas habet hic & nunc Jupiter, diſtincte cernat.

IIItio. Maximum effectum, maximosque errores oriri ex diverſitate tuborum ſecundum ſe acceptorum, & ex diverſa oculorum acie; quoniam autem tubus ſecundum ſe conſideratus obſervationes aſtronomicas facere non poteſt, ſed neceſſario requiratur oculus obſervatoris inſpicientis tubum; hinc ſemper habetur effectus compoſitus ex tubo & ex acie oculorum, ſeu complexum ex tubo & oculo. Atque in hoc ſenſu accipienda volebam verba mea in Ephem. 1764, dum per methodum meam dicebam, determinari poſſe præſtantiam tuborum; nam certe ridiculum foret dicere, me intelligere voluiſſe præſtantiam tubi *ſecundum ſe*, ſeu excluſa acie oculorum obſervantis, cum enim *ex obſervatione* effectum hunc determinem obſervationem autem ſolus tubus tanquam inſtrumentum mortuum facere non poteſt, neceſſario complexum totum tubi & oculi intelligere debebam, quod totum complexum per meam methodum determinatur, atque hoc ſolum complexum illud eſt, quod obſervationes diverſimode afficit, hactenusque ſine remedio dubias faciebat differentias Meridianorum e ſatellitum obſervationibus deductas. Hinc etiam quotiescunque deinceps his verbis utar, *præſtantia tubi*. Ex. Gr. tubus *Domini Wargentin* 10. ped. Dollondi præſtantior eſt in obſervatione ſatellitis I. & II. Jovis quam tubus *Domini*

Meſſier, aut meus &c. ſemper intelligi volo complexum tubi & oculi ſimul accepti, quod complexum manente eodem omnino tubo, pro ſola oculorum inſpicientium diverſa acie, variari & poteſt & debet; hinc facile patet *præſtantiam tubi* mea methodo determinatam, tantum reſpicere eundem obſervatorem, reſpectu autem alterius obſervatoris (niſi acies oculorum par foret) diverſæ futurum præſtantiæ. Hinc etiam erat illud meum monitum ſingulare ſingulis annis in meis Ephemeridibus, hoc eſt, jam octies repetitum, *ut idem obſervator eodem ſemper tubo uteretur ad Immerſiones & Emerſiones obſervandas*, & nequaquam diverſos adhiberet tubos, aut, ſi plures ſint obſervatores, tubos nequaquam permutent; verum utilitatem hujus moniti, ſeu identitatis tubi ab eodem obſervatore adhibendi inferius pluribus exponam. jam igitur

IV. In aperto eſt, *Primo:* per meam methodum (hoc eſt per tres ſupra relatas regulas) effectum, ſeu præſtantiam tubi & oculi in complexo in obſervationibus Satellitum adhibiti determinari. Dico enim effectum tubi & oculi, eſſe ſemiſſem differentiæ, quæ reperitur ex duabus differentiis meridianis, quarum una deducitur ex ſolis *Immerſionibus*, altera ex ſolis *Emerſionibus*. Certe qui *Immerſiones* videt tardius, idem etiam *Emerſiones* videt citius contingere, ejuſque complexum ex tubo & oculo, præſtantius eſt præ illius complexo, qui videt *Immerſiones* citius, & *Emerſiones* tardius evenire, jam ſi ponamus duos obſervatores, unum A ad occaſum, alterum B ad orientem ſitum, prodeatque differentia Meridianorum ex *Immerſionibus* minor, ex *Emerſionibus* major, clarum eſt obſervatoris A complexum ex tubo & oculo fuiſſe præſtantius, quam obſervatoris B; ſi vero differentia ex *Immerſionibus* prodeat major, minor ex *Emerſionibus*, tum obſervatoris B ad orientem ſiti complexum e tubo & oculo fuit præſtantius. Ajo itaque, quantitatem hujus complexi eſſe ſemiſſem differentiæ duarum differentiarum Meridianarum, quarum una deducta habetur e ſolis *Immerſionibus* altera ex ſolis *Emerſionibus*. Nam cum complexum hoc afficiat pari effectu, tam *Immerſiones*, quam *Emerſiones*, ſequitur differentiam totam duarum differentiarum Meridianarum hac methodo deductarum includere duplum effe-

ctum, hoc eſt, effectum *Immerſiones*, & effectum *Emerſiones* afficientem, igitur ſemiſſis hujus differentiæ eſt vera quantitas effectus hujus complexi e tubo & oculo, qua *Immerſiones* ſeorſim, ſeorſim item *Emerſiones* obſervatæ afficiuntur. Inde vero conſequitur

Vto. Si hæc ſemiſſis per Regulam III. addatur differentiæ meridianorum minori, vel a majore ſubtrahatur, differentia meridianorum hac methodo deducta, ita definitur, quaſi iisdem tubis, & oculis utroque in loco factæ fuiſſent, hoc eſt, quaſi idem Obſervator cum eodem numero tubo in utroque loco ſimultanee obſervationes easdem peregiſſet; *Quænam autem major præciſio, aut methodus magis tuta deſiderari poſſet, quam ſi unus idemque Obſervator uno eodemque tubo, & eadem acie oculi, ac eodem ſtatu athmoſphæræ in duobus locis diſſitis ſimultanee eandem numero obſervationem facere poſſet?* Id ſolum fortaſſis cuipiam minus attento Aſtronomo dubium movere poſſet, quod in hac methodo ſupponatur, effectus tubi & oculi eſſe idem in *Emerſionibus*, qui eſt in *Immerſionibus*, cum tamen difficultas major ſit obſervandi *Emerſiones*, eo quod in *Emerſionibus* plerumque ignoretur locus Satellitis emerſuri, atque adeo oculus Obſervatoris quaſi per campum tubi vagabundus quærere debeat Satellitem primo emergentem, qua oculi evagatione facile fieri poteſt, ut ſecundis aliquot ſerius obſervetur prima *Emerſio*, quam reipſa videri potuiſſet, ſi oculus fixus manſiſſet; ſed enim objectio hæc, quæ reſpectu novelli Obſervatoris aliquid probaret, reſpectu Obſervatoris exercitati nulla omnino eſt, qui e theoria & praxi facile locum Satellitis emerſuri ſibi determinat, oculumque eum in locum jam ante *Emerſionem* defixum tenet, Novelli autem obſervatores, imo etiam exercitati optime huic vitio medentur, ſi ſitum Satellitis emerſuri ſibi ante obſervationem in figura aliqua, calculis, aut mechanice determinent, aut ſi Ephemeridibus meis utantur, in quibus ſitus iſte pro ſingulis *Immerſionibus* aut *Emerſionibus* Viennæ, & fere per totam Europam viſibilibus in figura æri inciſa habetur; igitur objectio hæc quoque nulla eſt, facileque dubium iſtud removetur, quoad *Emerſiones* obſervandas, atque adeo abſque omni ſcrupulo & tutiſſime in obſervationibus

Exercitatorum obſervatorum ſupponitur eandem quantitatem tubi & oculi haberi in *Emerſionibus*, quæ eſt in *Immerſionibus*, hoc eſt, ſemiſſem differentiæ duarum differentiarum meridianarum, quarum una deducitur ex ſolis *Immerſionibus*, altera ex ſolis *Emerſionibus*.

ANIMADVERSIO III.

Cum itaque ex hac methodo Regulam habeamus univerſalem facilemque, qua quantitatem effectus tubi & oculi, (quem effectum compoſitum appellare ſoleo præſtantiam tubi) ſatis accurate (fortaſſis intra limitem 5 ſecundorum) determinare poſſimus, operæ pretium erit utilitates hujus determinationis porro contemplari, & ob oculos ponere. Utilitas prima eſt, quod habita hac quantitate præſtantiæ tubi aut jam determinata, aut etiam dein ſuo tempore aliquando determinanda, Aſtronomi uno eodemque tubo utentes, dum per orbem peregrinantur, facta in loco aliquo una, alteraque obſervatione bona Satellitis I. aut II, ſive ea ſit ſola *Immerſio*, ſive ſola *Emerſio*, cui in altero loco obſervatio correſpondens habetur, differentia meridianorum perinde, & ea accuratione determinetur, quaſi in eodem loco annis pluribus commorando plurimas & *Immerſiones* & *Emerſiones* peregiſſet. Nam ſi nota, aut noſcenda ſuo tempore hæc quantitas præſtantiæ tubi addatur, vel ſubtrahatur a reperta differentia meridianorum per talem obſervationem deducta, ea ita reducitur ad æqualitatem tuborum, quaſi utrinque iisdem tubis & oculis inſtitutæ fuiſſent obſervationes, ut in Exemplis infra referendis patebit; Hinc vero patet, quantæ utilitatis ſit, ſi eodem ſemper numero tubo, cujuscunque is ſit præſtantiæ idem obſervator utatur pro his obſervationibus; ſi enim Aſtronomus quispiam ponatur hoc ſuo tubo, in loco aliquo per unum alterumque annum commorans, diligenter obſervationes Satellitum tam *Immerſiones*, quam *Emerſiones* peregiſſe, atque ex aliis communicatis obſervationibus alterius loci, ubi fixum habetur obſervatorium aſtronomicum, hac mea methodo jam determinatum eſſe effectum *præſtantiæ tubi ſui*, hujusmodi Aſtronomus hoc ſuo tubo utens, tute orbem peragrare,

& unam alteramve obſervationem Satellitum in locis ſingulis, ubi ei viſum fuerit, peragere, indeque certam derivare differentiam meridianorum poterit; ſi vero Aſtronomus hujusmodi iter faciens ante ſuam peregrinationem præſtantiam ſui tubi nondum determinatam habet, nihil obeſt, quin obſervationes Satellitum in diverſis locis faciat, nam aut poſt reditum ſuum, aut ſi ei in itinere diutius in aliquo loco commorari contigerit, in quo & *Immerſiones* & *Emerſiones* obſervare poſſit, quantitatem præſtantiæ ſui tubi facile determinabit, per quam differentias meridianorum e ſolis *Immerſionibus* aut ſolis *Emerſionibus* derivatam corrigere, & ad certitudinem reducere poſſit; id equidem veriſſimum, ſtatum athmoſphæræ diverſum in diverſis locis factam *Immerſionem*, aut *Emerſionem* hujusmodi afficere poſſe, quin hic effectus ullo modo detegi poſſit, attamen ſi effectus hic athmoſphæræ ſerio expendatur, is ejuſmodi erit, qui differentiam vix ullo errore ſenſibili afficere poſſit, niſi ſtatus athmoſphæræ conſtans adeo diverſus ſupponatur, quod vix evenire poſſe puto, ut poſita eadem acie oculi & eodem tubo, in uno loco videantur faſciæ joviales, in altero omnino nunquam diſcernantur, Jove etiam ſatis ſupra horizontem elevato; ſi vero in locis ſingulis, ubi obſervationes inſtituuntur faſciæ joviales diſtincte videantur, idem ſtatus athmoſphæræ ſupponendus in omnibus locis, atque adeo errore nullo obſervationem afficiens; idem dicendum, de præſtantia aciei oculi, quæ interea, dum obſervator longiori tempore peregrinatur, etiam mutari poteſt in deterius, tametſi eodem numero tubo utatur, ſi tamen faſcias joviales, ſub ſuis in itinere factis obſervationibus diſcrevit, ſupponendum tutiſſime & aciem oculi non mutatam; ſi vero animadvertatur, in quibusdam locis ſub obſervatione Eclipſium Satellitum faſcias joviales videri non potuiſſe, tali caſu, quia vitium eſſe poteſt e triplici cauſa, vel vitio tubi non bene diſpoſiti, vel vitio aciei oculi mutatæ, vel cauſa diverſi ſtatus athmoſphæræ, & quidem harum trium cauſarum aut ſeorſim, aut junctim ſumptarum, conſequitur, tali caſu e ſolis *Immerſionibus* aut *Emerſionibus* certam accuratamque determinationem differentiæ meridianorum haberi non poſſe, nec reme-

dium ullum ſupereſſe aliud, quam obſervationes tam *Immerſionum*, quam *Emerſionum* in eodem loco faciendarum. Secunda utilitas methodi meæ eſt, quod tubis & oculis *quibusvis* optimæ fieri poſſint obſervationes Satellitum Jovis pro uſu determinandæ differentiæ meridianorum, nec unquam diverſæ differentiæ meridianorum determinari poſſint, tametſi obſervationes tubis diverſiſſimis, atque oculorum acie diverſa inſtituantur, modo eſſentialis conditio obſervetur, *ut eodem conſtanter tubo ab eodem obſervatore exercitato tam Immerſiones, quam Emerſiones utrinque obſerventur.* Inde conſequitur, quod ſi Ex. Gr. Viennæ obſervatores ſint ſex, ſeptemve, qui in eodem obſervatorio obſervationes ſuas peragunt, totidemque, aut plures obſervatores ſint in alio loco Ex. Gr. Pariſiis itidem in eodem obſervatorio obſervantes, tametſi ſinguli hi quatuordecim obſervatores diverſæ præſtantiæ tubis, & oculis uterentur, ita ut obſervatores Viennenſes in eadem obſervatione inter ſe ob præſtantiam tubi, & oculi minutis aliquot diſcreparent, itemque obſervatores Pariſini inter ſe plurimis minutis diſſentirent, tamen ex ſingulorum horum obſervatorum obſervationibus, una eademque differentia meridianorum, ſaltem non ultra 5 ſecunda diſcrepans produci debeat, ut ſupra oſtendi ex obſervationibus *D. Meſſier & Maraldi* cum meis comparatis, licet inſignis ſit præſtantiæ tubi & oculi *Domini Meſſier* a præſtantia tubi & oculi *Domini Maraldi* differentia, quam infra determinatam dabo.

Tertia utilitas in eo ſita eſt, quod obſervationes oculis jam fractis inſtitutæ, cujuſmodi ſunt ſenum oculi, perinde utiles reddantur, ac obſervationes juvenum, oculis valentibus gaudentium, modo ſupponatur, ſenem hunc obſervatorem jam alias in obſervando exercitatum fuiſſe; quod ipſum incitamento eſſe poteſt Aſtronomis iis, quorum oculi per ætatem ipſam aciem ſuam amiſerunt, ne ob hujusmodi oculorum vitium ab obſervandis Satellitibus abſtineant, ſed quantum vires, & valetudo corporis admittit, cœptum in juventute Aſtronomicum tramitem proſequantur.

Quarta utilitas, quæ maximi momenti eſt, ea eſt, quod quivis tubus mediocriter bonus, qui Satellites Jovis ut-

cunque exhibet, aptus ſit ad has obſervationes utiliſſime inſtituendas, illudque & minus tutum, & factu pene impoſſibile poſtulatum quorundam Aſtronomorum, quo optabant, ut omnes obſervatores paris longitudinis, & præſtantiæ tubos adhiberent, per meam Methodum ſublatum etiam eſſe intelligitur, utpote, qua non modo id obtinetur, quod per æqualitatem tuborum obtineri ſperabatur, ſed & illud habetur, quod per poſtulatam illam æqualitatem tuborum nunquam obtineri poterat, nempe diverſum oculorum obſervantium effectum, qui etiam in caſu paris longitudinis, & præſtantiæ tubi diverſus eſſe poteſt. Hinc vero & altera conſequitur utilitas; quod & ii obſervatores, qui hactenus, mediocribus inſtructi tubis ex defectu majoris, aut præſtantis tubi obſervationes has Satallitum Jovis facere neglexerunt, exiſtimantes hunc ſuum laborem inutilem fore, jam modo intelligant, & ſuam operam tubo quovis factam fore perutilem; inde vero, quam amplum Geographia, & Nautica, atque Aſtronomia profectum acceptura ſit, facile aſſequi licet, quæ toties incrementum novum, novamque faciem accipit, quoties per obſervationes Aſtronomicas locus quispiam rectum ſuum in globo terraqueo ſitum obtinet.

Quinta utilitas eſt, quod cum differentiæ Meridianorum pleræque locorum hactenus per obſervationes determinatæ merito dubiæ eſſe debeant e cauſis hic, & in Ephem. 1764. atque Tabulis meis Lunaribus relatis, utpote aliis methodis quibusvis minus accuratis deductæ, hac nova methodo corrigi, & ad præciſionem ſuam reduci poſſint, modo his ternis neceſſariis conditionibus obſervationes Satellitum prædictæ ſint. *Ima*: ut conſtanter eodem & numero, & invariato tubo factæ ſint. II*do*: ut ab eodem numero obſervatore, hoc eſt, eadem oculi acie. III*tio*: ut tam *Immerſiones*, quam *Emerſiones* I. vel II. Satellitis aliquot bonæ correſpondentes habeantur, aut ſi ſolæ ſint *Immerſiones*, vel ſolæ *Emerſiones*, ut jam vel antea ex aliis obſervationibus determinata vel poſtea determinanda præſtantia tubi, & oculi noſcatur. Cæteras utilitates ex hac methodo emanantes, uti eſt comparatio debita obſervationum cum calculis Tabularum, e qua bonitas Tabularum inquiritur, aut recta Elementorum Tabularum ex obſervationibus conſtructio, peritis relinquo Aſtronomis contemplandas.

METHODUS

Determinationis præſtantiæ tuborum in locis nonnullis celebrioribus pro obſervationibus Satellitum Jovis adhibitorum.

Dum *præſtantiam tubi* dico, hanc ita acceptam volo; ut etiam præſtantiam oculi obſervantis una incluſam eſſe intelligatur, atque adeo complexum *e tubo*, *& oculo* quod complexum manente eodem numero tubo, ſed variatis oculis tubo hoc utentibus, ut ſupra oſtendi, varium eſſe poteſt, & debet, atque hinc conſequitur, *præſtantiam tubi* a me infra determinandam non eſſe abſolutam, ſed reſpectivam tantum, reſpectu nempe duorum obſervatorum, quorum unus in uno, alter in alio diſſito loco obſervationes peregit, quod ſi ergo manentibus iisdem tubis, vel unus horum obſervatorum mutetur (niſi caſu acies oculorum novi obſervatoris par ſit antiquioris) neceſſe eſt, ut præſtantia tubi hac mea methodo determinata mutetur quoque. Quapropter quotiescumque in uno loco vel obſervator, vel tubus mutatur, effectus *præſtantiæ tubi* de novo per meam methodum determinari debet.

Dixi ſupra *præſtantiam tubi*, eſſe ſemiſſem differentiæ duarum differentiarum Meridianorum, quarum una deducitur e *ſolis Immerſionibus*, altera e *ſolis Emerſionibus* Satellitum Jovis I. & II. Atque per hanc regulam ſequentes determino *præſtantias tuborum* ex obſervationibus mecum communicatis ſupra recenſitis. *Notandum* autem t. velim, *præſtantiam hanc tubi* tantum reſpicere obſervationes I. & II. Satellitis Jovis, & nequaquam obſervationes Eclipſium Lunæ, vel Solis &c. nam quemadmodum hic effectus e ſolis I. & II. Satellitis obſervationibus deducitur, ita has ſolas reſpicit etiam hæc particularis determinatio præſtantiæ tubi, alia enim eſt in Eclipſibus Lunæ, alia in Eclipſibus Solis, alia in Tranſitu Veneris, aut Mercurii per diſcum Solis, ut infra dicam. Haud recte itaque quispiam applicaret præſtantiam tubi ex obſervationibus Satellitis I. & II. determinatam, ad alias obſervationes, ut ſerio rem hanc contemplanti manifeſtum eſſe debet.

Notandum II. ut rei veritas demonſtretur, id eſt, ut quivis convincatur quantitatem præſtantiæ tubi per meam methodum determinatam, eſſe veram, certiſſimamque, derivabo I. differentias Meridianorum per applicationem jam determinatæ præſtantiæ tubi, II. ipſas differentias Meridianorum ex ſingulis obſervationibus per præſtantiam tubi jam determinatam correctas, atque ad æqualitatem reductas proponam miro ſane effectu, ut dum differentiæ ex *Immerſionibus* valde diſſentirent a differentiis ex *Emerſionibus* ante reductionem, poſt applicatam *præſtantiam tubi*, pulchre inter ſe congruant, dexteritatemque obſervatorum in obſervando ad oculum palam faciant. III. Palam ob oculos ponam, quod ſi jam ſemel determinata ſit præſtantia tubi, ſi ea vel uni *Immerſioni* bonæ, vel *Emerſioni* bonæ applicetur, perinde differentia Meridianorum accurata eliciatur, ac ſi ea ex pluribus *Immerſionibus*, & *Emerſionibus* derivata fuiſſet, unde utilitas 1a. in Animadverſione III. propoſita demonſtratur.

Notandum III. quando *præſtantia tuborum* non major 5″. vel 6″. ſecundis invenitur, & multo magis, ſi 3″. vel 4″. tum tali caſu præſtantia tuborum habenda eſt pro æquali, ſeu pari; nam certe 5″. ſecunda temporis adeo exigua eſt quantitas in his obſervationibus; ut hac quantitate duo exercitatiſſimi obſervatores iisdem tubis, & eadem oculi acie gaudentes in eodem etiam loco ejusdem Satellitis *Immerſionem*, & *Emerſionem* obſervantes his 5″. ſecundis temporis facile diſcrepent.

Notandum IV. ut ſciatur, quinam e duobus obſervatoribus in locis diſſitis degentibus præſtantiore utitur tubo, & oculo, ſequentes binæ Regulæ notandæ ſunt; I. ſi differentia Meridianorum deducta ex *Immerſionibus* minor ſit, quam differentia Meridianorum elicita ex *Emerſionibus*, hoc caſu obſervator occidentalior præſtantiore uſus eſt tubo, & oculo. II. ſi vero differentia Meridianorum determinata ex *Immerſionibus* major ſit quam ex *Emerſionibus*, tum obſervator orientalior præſtantiore uſus eſt tubo & oculo. Veritas harum Regularum patet, nam in primo caſu, quo obſervator occidentalior præſtantiore utitur tubo, & oculo ſequitur, quod obſervator occidentalior ſerius videat *Immerſiones*, & citius *Emerſiones* contingere, hinc, quia tempora *Immerſionum*, & *Emer-*

ſionum obſervatoris occidentalis ſubtrahi debent a temporibus obſervatoris orientalis obſervatis, ſequitur, quod pro ratione diverſitatis præſtantiæ tubi & oculi plus juſto ſubtrahatur in *Immerſionibus*, in *Emerſionibus* vero minus juſto, quapropter differentia Meridianorum ex *Immerſionibus* in hoc caſu prodire debet juſta minor, ex *Emerſionibus* juſta major. Contrarium fieri debere intelligitur in caſu, quo obſervator orientalior præſtantiore utitur tubo, & oculo. Hinc vi primæ Regulæ præſtantia tubi & oculi ſemper addi debet differentiæ Meridianorum productæ ex *Immerſionibus*, contra vero ſubtrahi a differentia Meridianorum deducta ex *Emerſionibus*; vi autem ſecundæ Regulæ, præſtantia tubi & oculi ſubtrahi debet a differentia Meridianorum deducta ex *Immerſionibus*, addi autem differentiæ Meridianorum productæ ex *Emerſionibus*. Jam igitur ad rem.

Determinatio præſtantiæ tubi D. Meſſier 4½. *ped. Newton. quo uſus eſt An.* 1758. *&* 1759. *præ meo* 4½. *pedum Newt. quo iiſdem annis uſus ſum:* Vide obſervationes Satellitum I. & II. annor. 1758. & 1759.

Differ. Merid. ex omnibus Imm. minima L	= 55′ 14″	
.... maxima C	= 56 30	
Differ. Merid. ex omnibus Immerſ. media	= 55 52	= 𝔄
Diff. Merid. ex omnibus Emerſ. minima E	= 55 3	
.... maxima A	= 57 50	
Diff. Merid. ex omnibus Emerſ. media	= 56 26½	= 𝔅
Sed ex omnibus Imm. habetur media	= 55 52	= 𝔄
Ergo dupla tuborum differentia	0 34½	
hujus ſemiſſis eſt *Præſtantia tubi & oculi D. Meſſier præ meo*...............	17¼	
hæc ſemiſſis 17¼ ſi add. ad 𝔄 vel ſubtr. a 𝔅 dat diff. Merid. mei, & *D. Meſſier* Obſerv.	= 56 9¼	
Sed diff. Merid. Obſerv. *D. Meſſier* a Regio Pariſino	+ 2	
Igitur diff. Merid. mei & Obſerv. Regii Pariſini	= 56 11¼	= ℭ

Nota: Tubum meum 4. ped. & 4½. ped. Newt. hic accipio pro eodem, quia reſpectu oculi mei, ejusdem fere ſunt præſtantiæ.

Determinatio præſtantiæ tubi Gregoriani *D. Meſſier* 30. pollicum, quo uſus eſt annis 1760. 1761. & 1762. præ meo 4½. ped. Newt. quo iisdem annis uſus ſum. *Vide obſervationes Satellitum Jovis I. & II. a pag.* 233 ad 237.

Differ. Merid. ex omnibus Immerſ. minima 𝔄	= 55′	2″
………………………… maxima 𝔇	= 56	1
Differ. Meridian. ex omnibus Imerſ. media	= 55	31½ ℭ
Diff. Meridian. ex omnibus Emerſ. minima O	= 56	9
………………………… maxima 𝔅	= 57	0
Diff. Merid. ex omnibus Emerſ. media	= 56	34½ = 𝔉
Sed ex omnibus Immerſ. habetur media	= 55	31½ = ℭ
Ergo dupla tuborum differentia………	= 1	3
Hujus ſemiſſis eſt *præſtantia tubi & oculi D. Meſſier* præ meo ………………	=	31½ ſeu 32″
Hæc ſemiſſis 32″. ſi addatur ad ℭ vel ſubtrahatur ab 𝔉 …………………		
Dat diff. Merid. mei & *Dom. Meſſier* Obſerv.	= 56	3
Sed diff. Merid. Obſ. *D. Meſſier*, & Reg. Par.	= +	2
Igitur diff. Merid. mei, & Regii Pariſini	= 56	5
Quæ comparata cum ſuperiore E ſeu cum..	= 56	11¼
Dat arithmetice mediam differentiam….	= 56	8⅛

Quod ſi jam hæc 56′. 8″⅛. comparetur cum differentia 56′. 11″½. quæ per primam methodum ſuperius pag. 236 determinata eſt, fiet ex his duabus iterum arithmetice media = 56′. 9⅝. ſeu 56′. 10″. quæ certiſſima eſt.

Eandem hanc præſtantiam tubi 30. pollicum *D. Meſſier* præ meo 4½. ped. Newtoniano confirmant obſervationes optimæ ſolius Anni 1761. e quibus ſeorſim acceptis derivatur 34″. ut retuli in Ephem. 1764. Pag. 201.

Determinatio præſtantiæ tubi Domini Maraldi *18. pedum dioptrici, quo uſus eſt annis 1757., & 1758. præ meo 4½ ped. Newt. quo iisdem annis uſus ſum. Vide obſervationes. Satellitum I. & II. Pag. 238 ad 239.*

	′	″	
Diff. merid. ex omnibus Imm. minima D =	55	54	
.... maxima B =	56	9	
Diff. merid. ex omnibus Immerſ. media =	56	1½	= 𝔄
Diff. merid. ex omnibus Emerſ. minima C =	56	0	
.... maxima E =	56	20	
Diff. merid. ex omnibus Emerſ. media.... =	56	10	= 𝔅
Sed ex omnibus Immerſ. habetur media =	56	1½	= 𝔄
ergo dupla tuborum differentia.............		8½	
Hujus ſemiſſis eſt præſtantia tubi D. Maraldi præ meo..........................		= 4¼	
Hæc ſemiſſis 4¼ ſi addatur ad 𝔄, vel ſubtrahatur a 𝔅			
dat differentiam merid. mei, & Reg. Pariſ. obſervatorii.......................... =	56	5¾	

Notandum, quoniam *præſtantia tubi* nunc inventa 4¼ non adæquat 5″, tute ſupponendum eſt, præſtantiam tuborum & oculorum, in meis nempe, & D. Maraldi obſervationibus iſtis, fuiſſe pares, quod ipſum declarat differentia meridianorum anni 1757. pag. 239. 56′ 9″½, quæ eadem reperitur tam ex *Immerſionibus*, quam ex *Emerſionibus*; hinc etiam differentia Merid. 56′ 10″ præ differentia Merid. 56′ 6″ eligenda, & retinenda intelligitur, verum etiamſi aſſumatur differentia Merid. 56′ 6″ ea tamen comparata cum differentia Merid. producenda paulo infra ex obſervationibus annorum 1760. 1761, 1762, dabit arithmetice mediam = 56′ 10″.

Determinatio tubi Domini Maraldi 15 ped. dioptrici, quo uſus eſt ad obſervationes annis 1760, 1761, & 1762. præ meo 4½ ped. quo iisdem annis uſus ſum. Vide obſervationes a Pag. 239 *ad* 241.

		′	″	
Differ. merid. ex omnibus Imm. minima I	=	55	42	
.... maxim L	=	56	23	
Diff. merid. ex omnibus Imm. media....	=	56	2½	= ℭ
Diff. merid. ex omnibus Emerſ. minima S	=	56	0	
.... maxima G	=	56	36	
Diff. merid. ex omnibus Emerſ. media	=	56	18	= 𝔇
Sed diff. merid. ex omnibus Immerſ. media	=	56	2½	= ℭ
ergo dupla tuborum differentia..............		0	15½	
Hujus ſemiſſis eſt *præſtantia tubi D. Maraldi* præ meo.....................................			7¾	
Hæc ſemiſſis 7¾ addita ad ℭ vel ſubtracta a 𝔇 dat differentiam merid. mei, & Reg. Pariſ. obſervatorii..........................	=	56	10¼	
ſed ſuperius ex an. 1758, & 1759. reperta eſt	=	56	5¾	
Ergo ex his duab. habetur arithm. media	=	56	8	
& per primam methodum ſupra Pag. 241. reperta eſt ex omnibus media	=	56	12	
Igitur ex his omnibus habetur differentia meridianorum certiſſima...............	=	56	10	

Notandum I. Quoniam per primam methodum ex obſervationibus *D. Meſſier* Pag. 236 deducta habetur differentia merid. = 56′ 11″½, & per nunc applicatam ſecundum methodum determinationis præſtantiæ tuborum, ex iisdem obſervationibus deducta habetur Pag. 273. 56′ 8⅛ atque adeo ex his duabus eliciatur arithmetice media = 56′ 10″. Item quoniam per primam methodum Pag. 241 ex obſervationibus *D. Maraldi* reperta eſt differentia Merid. = 56′ 12″, & per methodum ſecundam nunc adductam ex iisdem reperitur = 56′ 8″, atque adeo ex his duabus arithmetice media = 56′ 10″, jam clariſſimum puto, & differentiam meridianorum mei, & Regii Pariſini obſervatorii eſſe certiſſimam hanc 56′. 10″.

& methodum meam utramque eſſe adeo exactam, ut nihil præciſius deſiderari poſſe mihi videatur.

Notandum II. Cum determinationes præſtantiæ tuborum *D. Wargentin*, *D. Green*, &c. eadem methodo determinantur, hinc ſufficiet Elenchum ſubjicere, quem pro meo uſu mihimet conſtruxeram.

ELENCHUS

Exhibens præſtantiam tuborum in tempore, quibus nonnulli Aſtronomi uſi ſunt ad obſervationes Eclipſium Satellitum Jovis I, & II.

	In tempore
Adverte : *præſtantiam tubi*, eſſe ſimul *tubi & oculi* & ſi velis, etiam *athmoſphæræ* conjunctim.	
Tubus Newt. 4½ ped. *Domini Meſſier*, quo uſus eſt annis 1757, & 1758 eſt præſtantior tubo 4½ ped. Newt. *Patris Hell*........................	″ 17
Tubus 30 pollicum Gregor. *D. Meſſier*, quo uſus eſt annis 1760, 1761, 1762. eſt præſtantior tubo 4½ ped. Newt. *P. Hell*........................	32
Tubus dioptricus 18 ped. *D. Maraldi*, quo uſus eſt annis 1757, & 1758 eſt præſtantior tubo 4½ ped. Newt. *P. Hell*................................	4
(*) *hoc eſt, hic tubus eſt æqualis præſtantiæ cum tubo Patris Hell.*	
Tubus dioptricus 15 ped. *D. Maraldi*, quo uſus eſt annis 1760, 1761, 1762. eſt præſtantior tubo 4½ ped. Newt. *P. Hell*..........................	7
(*) *Quoniam 7″ ſatis exigua differentia, & hic quoque tubus proxime ad æqualitatem tubi 18. pedum Domini Maraldi accedit.*	
Tubus Dollondianus 10 ped. *Domini Wargentin*, cum lente oculari Nri 2. eſt præſtantior tubo 4½ ped. Newt. *P. Hell* proxime......................	44
Idem tubus Dollondianus eſt præſtantior tubo 30 pollicum Gregor. *Domini Meſſier* tantum......	12
Tubus *Domini Green* 2. ped. Gregor. Item *Patris Weiſs S. J.* 4 ped. Newt. eſt prorſus æqualis præſtantiæ cum tubo 4½ ped. Newt. *Patris Hell*, hinc eandem rationem dicunt ad præſtantiam tuborum *Domini Meſſier*, *Domini Maraldi*, & *D. Wargentin*.	

Tubus *Domini Sarron* eſt præſtantior tubo *P. Hell* 14″. *Illuſtr.* *Dominus Caſſini de Thury* præſtantiam hujus tubi *Domini Sarron* ſuppoſuit æqualem præſtantiæ mei tubi $4\frac{1}{2}$ ped. Newt. in Libro ſuo *Relation de deux Voyages* &c. Inde vero non mirum, quod juſta minorem deduxerit differentiam Meridianorum mei, & Regii Pariſini Obſervatorii = 55′. 48″. quod autem tubus *D. Sarron* præſtantior ſit meo 14″, item, quod ex obſervationibus *Domini Sarron* vera deduci debeat differentia meridianorum = 56′ $9''\frac{1}{2}$ facile demonſtratur per ſecundam meam methoin Ephem. 1764. pag. 195. & 196. ex obſervationibus III. Satellitis propoſitam.

	H.	M.	S.	
D. Sarron Pariſ. die 29 Julii 1761. obſervavit Immerſionem III.	11	19	31	
Emerſionem.	= 14	12	37	
Hinc mora totalis.	= 2	53	6	A
Ego eandem meo tubo $4\frac{1}{2}$ ped. obſervavi Immerſionem III.	= 12	14	34	
Emerſionem.	= 15	8	7	
mora totalis.	= 2	53	33	B
mora *D. Sarron*.	= 2	53	6	A
dupla tuborum differentia.	0	0	27	
Semiſſis eſt præſtantia tubi *D. Sarron*		=	$13\frac{1}{2}$	
Jam vero die 30 Julii ego obſervavi Immerſionem I. Satellitis.	h 3	′ 34	″ 58	
Dominus Sarron eandem, quam adducit *Dominus Caſſinus*.	2	39	2	
Hinc differentia Merid.	0	55	56	
addita præſtantia tubi.		+	$13\frac{1}{2}$	
Habetur vera Meridianorum differentia ab Obſervatorio *D. Sarron*.		= 56	$9\frac{1}{2}$	
Quod ſi *D. Sarron* hanc obſervationem peregit in Obſervatorio Maritimæ Societatis, tum addi debent.		+	2	
Et habebitur certa Meridianorum differentia mei, & Regii obſervatorii.		56	$11\frac{1}{2}$	

& nequaquam 55′, 48″, ut habet *D. Caſſinus*. Hinc quoque patet, ex obſervationibus *Domini Maraldi*, quas

refert *D. Caſſinus* in eodem libro, ſi primæ duæ, nempe diei 23 Julii I. Sat. quæ dubia eſt & 29 Julii III. Sat. quæ adhiberi non debet, eliminentur, e reliquis recte deducatur differentia = 56′ 9″½ licet meræ ſint *Immerſiones* ſine *Emerſionibus*; Ratio in aperto eſt, quia præſtantia tubi *D. Maraldi*, & mei pro his obſervationibus adhibiti, ut ſupra oſtendi, fere æqualis eſt, hinc non mirum, ſi e ſolis *Immerſionibus* eadem eliciatur differentia, quæ haberetur, ſi etiam *Emerſiones* adeſſent.

Ut vero clarius appareat vis meæ methodi hujus novæ, e qua ſupra in animadverſione III. complures demonſtravi utilitates, Exemplum rei hujus proponam in ſequente tabella obſervationum *D. Meſſier Pariſ.* & *Patris Weiſs e S. J.* Tyrnaviæ factarum 1761. Demonſtravi autem ſupra præſtantiam tubi *D. Meſſier* præ tubo *Patris Weiſs* ex obſervationibus elici = 32″ hoc eſt parem meo, qua adhibita ſequenti modo obſervationes reducentur ad æqualitatem. vide obſervationes Pag. 242 & 243

1761	I. Differ. Merid. affectæ effectæ tuborum & oculorum. H. M. S.	Ex	II. Diff. tubor. addenda vel ſubtrahenda.	III. Differ. Merid. correctæ per tuborum differentiam. H. M. S.	IV. Differentiæ a media alias definita. = 1.0′.55″
Die 22 Julii	1 0 17	Immerſ. I. A	+ 32	1 0 49	A − 6″
29 Julii	1 0 10	Immerſ. I. B	+ 32	1 0 42	B − 13
21 Aug.	1 0 25	Immerſ. I. C	+ 32	1 0 57	C + 2
23 Aug.	1 0 44	Immerſ. I. D	+ 32	1 1 16	D + 21
8 Sept.	1 0 40	Immerſ. I. E	+ 32	1 1 12	E + 17
8 Sept.	1 0 3	Immerſ. II. I	+ 32	1 0 35	I − 20
24 Sep.	1 1 34	Emerſ. I. F	− 32	1 1 2	F + 7
31 Oct.	1 1 22	Emerſ. I. G	− 32	1 0 50	G − 5
9 Nov.	1 1 28	Emerſ I. H	− 32	1 0 54	H − 1
6 Dec.	1 1 33	Emerſ. II. K	− 32	1 1 1	K + 6

Quod ſi hanc tabellam ſerio contemplemur, ſequentes veritates ſtabilientur. I. Si contemplemur primæ columnæ *Immerſiones* ſeorſim, & *Emerſiones* ſeorſim illico patet, differentiam Meridianorum ex *Immerſionibus* minorem eſſe fere integro minuto primo temporis, quam

ſint differentiæ ex *Emerſionibus*, & quidem lege conſtante adeo, ut error nequaquam in ipſiſmet obſervationibus eſſe poſſit, ſed omnino differentia hæc tubis, & oculis adſcribi debeat.

	H.	M.	S.	
II. Si ex omnibus Immerſ. accipamus arithmetice mediam........................	1	0	$23\frac{1}{2}$	M
Itemque ex omnibus Emerſ. arith. mediam	1	1	28	N
Habebimus differentiam duplam		1	$4\frac{1}{2}$	

Cujus ſemiſſis = 32″. afficit Immerſiones per defectum & Emerſiones per exceſſum; hinc ſi 32″. addantur ad M, vel ab N ſubtrahantur, habebitur vera Meridianorum differentia = 1. 0. $55\frac{1}{2}$. & addita differentia Obſervatorii *D. Meſſier* ab Obſervatorio Regio + 2″. erit $1^h.\ 0'.\ 57''\frac{1}{2}$.

III. Manifeſtum eſt, hanc ſemiſſem 32″. eſſe verum effectum tuborum, & oculorum, quapropter ſi hæc 32″. rite applicentur Immerſionibus & Emerſionibus habebimus columnam III. in qua correctæ habentur, ſeu repurgatæ ab effectu tuborum differentiæ Meridianorum.

IV. Si hanc columnam III. conferamus, cum differentia Meridianorum a me alias ſtatuta = $1^h.\ 0'.\ 55''$. liquet primo: differentias ex Immerſionibus D & I eſſe maxime differentes a media, & quidem D. tantum per exceſſum, quantum I per defectum; has ſequuntur E fere tantum iterum per exceſſum, quantum B per defectum; in *Emerſionibus* vero F & K tantum per exceſſum, quantum G per defectum; ex qua conſideratione clarum fit 1°. *præſtantiam tubi* 32″. rite eſſe determinatam; Nam ſi vel 5″. ſecundis major, vel minor aſſumatur *præſtantia tubi*, hæc harmonia perturbaretur admodum, minusque conſentientes reperirentur differentiæ; *Secundo*: clarum eſt, ſi obſervationes maxime differentes B, D, E, I, demantur, reliquæ omnes ſeu ſint ſolæ Immerſiones, ſeu ſolæ Emerſiones, per correctionem tubi dant differentiam Meridianam certam intra limitem 5″. ſecundorum; unde veritas patet utilitatis primæ in animadverſione III. Pag. 226 explicatæ, quod ſcilicet, ſi jam determinata habetur per meam Methodum præſtantia tubi reſpectiva, aut deinde ſuo tempore determinetur, Aſtronomi peregrinantes ex una alterave bona ſive Immerſione ſive Emerſione I. vel II. Satellitis correſpondente, certam

differentiam Meridianorum determinare poſſint, intra limitem 5″. vel 6″. ſecundorum, quod certe magnæ eſt utilitatis, atque pretii. Hinc quoque orandi, atque obſecrandi mihi ſunt Aſtronomi, quemadmodum in ſingulis meis Ephemeridibus ab anno 1757. hucusque editis monui, *ut idem obſervator eodem conſtanter & invariato tubo utatur* pro his obſervationibus, nec ſeſe ſpecioſis titulis ab hac conſtantia dimoveri ſinant; nihil certe magis dubias, & quidem ſine remedio reddit obſervationes, quam frequens tuborum, & obſervatorum permutatio; Idque monitum meum multo magis iis Aſtronomis commendatum cupio, qui e ſuis obſervationibus Satellitum, aut Tabulas Satellitum condere, aut aliorum Aſtronomorum Tabulas periclitari volunt. Criterium optimum bonarum Tabularum eſt, ſi primo differentia, quæcunque ea ſit, tuborum & oculorum, inter obſervationes Immerſionum ſemper eadem quantitate differant a calculis Immerſionum, & quidem ſi per defectum, ſemper per defectum, ſi per exceſſum, ſemper per exceſſum, idem eſt in Emerſionibus. Sed illud præterea notandum, ſi differentia obſervationum a calculis in Immerſionibus ſit per *defectum*, in Emerſionibus debet eſſe ea quantitate per *exceſſum*, & non per defectum, & ſi in Immerſionibus ſit per *exceſſum*, in Emerſionibus haberi debet per *defectum*, ſi id habeatur, Tabulæ conſendæ ſunt optimæ, quacunque quantitate ab obſervationibus diſcrepent, nam in tali caſu nulla habetur diſcrepantia alia, quam ea ſola, quæ a diverſitate præſtantiæ tuborum, & oculorum pendet; ſecus ſentiendum, ſi dictam harmoniam obſervationes, & calculi non obſervent. Idem dicendum de Tabulis Lunaribus, ſi ex. per Eclipſes lunares explorentur. Idem etiam de Eclipſibus Solaribus, aut Tranſitibus ♀ vel ☿ per diſcum ☉ prout inferius demonſtrabo. Hinc profecto injurioſi exiſtimandi ſunt ii Aſtronomi, qui ex diſcrepantia quacunque obſervationum ſuarum, ſeu ab obſervationibus aliorum Aſtronomorum, ſeu a Tabulis, illico concludunt, aut defectum Tabularum aut non accurationem obſervationum aliorum Obſervatorum. Oculatiſſimum, & admodum perſpicacem eſſe oportet Aſtronomum illum, qui judicium rectum de bonitate aliarum obſervationum, aut Tabularum ferre cupit.

Quanam Methodo *præſtantia tuborum* e durationibus Eclipſium III. Satellitis Jovis, pro uſu obſervationum Satellitum determinari debeat, expoſui in Ephem. meis Anni 1764. pag. 193 & 194 item, quanam methodo pro uſu Eclipſium Lunæ *præſtantia tubi* definiri debeat, reperitur in ejusdem anni meis Ephem. a pag. 203 ad 207. ſupereſſent quidem nonnulla, quæ ex hac mea Methodo referenda forent, quæ tamen a perſpicacibus & meditabundis Aſtronomis facile conſequi poſſe exiſtimo.

METHODUS

Determinandi differentiam effectus tuborum, qui adhibentur pro uſu Eclipſium ⊙, aut pro Tranſitibus Veneris, vel Mercurii per diſcum Solis.

Neminem Aſtronomorum ſcio, qui hucusque aut non ſuppoſuiſſet diverſitatem tuborum in uſu obſervationum Eclipſium ⊙, & Tranſitibus Veneris, vel Mercurii per diſcum Solis nihil officere obſervationibus, aut ſiquidem officere poſſe exiſtimaret, qui ſolutionem problematis hujus inter difficiliora non habuiſſet. Certe quoscunque hucusque legi Tractatus Aſtronomorum ex ultimo Tranſitu Veneris per diſcum Solis, Parallaxim Solarem definientium, in omnibus ſuppoſitum hoc aſſumptum eſſe expertus ſum, *quod ſcilicet contactus interiores Veneris cum Sole tubis quibuscunque obſervati, eodem temporis momento videri debuerint*, hoc eſt, quod ſecluſa Parallaxi, adhibita ſola Meridianorum differentia, eodem tempore contactus interiores tubis quibusvis obſervari debuerint, aut quod idem eſt, quod plures obſervatores in eodem loco contactus interiores diverſis tubis obſervantes, eodem momento temporis fieri debere, obſervare debuiſſent, quod ſuppoſitum & falſum eſſe ex ipſa Theoria demonſtratur, & contrarium eſſe Experientiæ per ipſas obſervationes confirmatur. Hinc profecto liquet *1mo*: plerasque parallaxes ſolares ex nuperno Tranſitu Veneris deductas nondum eſſe omni præciſione definitas, utpote tuborum effectu affectas, nec repurgatas, eas nempe, quæ diverſi augmenti tubis factæ ſunt. *2do*: injuriam factam eſſe quibusdam Aſtronomis, quorum obſervationes eo præciſe titulo, aut inter erroneas, aut dubias re-

jectæ fuerunt ab aliquibus Aſtronomis, quod eæ cum aliorum Aſtronomorum obſervationibus non ſatis præciſe conſentientes viſæ ſint. 3*tio*: mirum non eſſe tantam inter Aſtronomos diſcrepantiam productæ parallaxeos Solis e Tranſitu Veneris definitæ, utpote quæ duobus principiis nondum ſatis præciſe definitis nitebatur; primum eſt, accurata differ. Merid. determinatio, quæ hucuſque juxta omnes notas Methodos definiendi differ. Merid. ſaltem ad 20″. vel 15″. dubia erat. Secundum autem, quod æque maximi momenti eſt, eſt tuborum diverſitas in hac obſervatione Tranſitus adhibitorum, quorum differentia in interiori contactu etiam ad 15″. vel 20″. ſecunda, & ultra aſcendere poteſt; notum autem in deducenda parallaxi errorem 20″. ſecundorum, ſeu in differentia Meridianorum, ſeu in obſervatione incluſum, errorem in parallaxi 2″. ſecundorum cauſare poſſe; quod differentiam Meridianorum attinet, hujus accuratam intra limitem 3. vel 4. ſecundorum determinationem haberi poſſe ex mea nunc propoſita methodo elucet, quod vero effectum tuborum pro obſervatione Tranſitus Veneris adhibitorum ſpectat, eum nunc determinare conabor; unde utilitas ſolutionis hujus Problematis tam in Eclipſibus Solaribus, quam Tranſitu Veneris, vel Mercurii obſervandis, atque inde deducendis certis Elementis intelligitur.

Quod ſi mihi tantum verſatiſſimis Aſtronomis ſcribendum foret, ſolutionem Problematis hujus paucis verbis complecterer, ſcilicet, *differentiam temporariam obſervationum contactuum diverſis tubis factarum ſequi rationem compoſitam differentiæ augmenti tuborum*, & *motus apparentis Aſtri, hoc eſt, Lunæ, vel Veneris, vel Mercurii per diſcum Solis tranſeuntis.* Sed enim ſcribendum mihi etiam eſſe Tyronibus intelligo, a quibus & legor, & quos plene inſtructos cupio, hinc paulo fuſius Materiam hanc mihi pertractandam eſſe duxi. Fundamentum totius hujus Theoriæ ſitum eſt in ſola vi tuborum, qua objecta augentur, & in celeritate motus apparentis Planetæ per diſcum Solis tranſeuntis. Igitur.

I. Certum eſt ex Mechanicis, ſi mobilia duo A, & B duas lineas non æquales C, & D Fig. I. eodem tempore percurrere videantur, tum mobile A decurrendo viam majorem D videbitur celerius moveri, quam mobile B decurrendo lineam minorem C.

II. Certum eſt ex opticis magnitudinem objectorum æque diſtantium cenſeri ſecundum rationem angulorum ſub quibus videntur, hinc linea *a*, *b* fig. I. æque ab oculo diſtans ſub minori angulo *a c b* videtur, quam linea *d*, *e* ſub angulo *d*, *f*, *e*.

III. Ex opticis certum eſt, fieri poſſe ut, linea minor *a*, *b* æque magna appareat, quam linea *d*, *e*; ſi nempe angulus viſorius *a*, *g*, *b* ſit æqualis angulo viſorio *d*, *f*, *e* id autem fieri poteſt, ſi vel objectum ipſum reipſa oculo inermi magis admoveatur, vel ſi per dioptricam angulus viſorius augeatur, ut fit in tubis aut microſcopiis.

IV. Magnitudo, quæ ſub nullo, aut inſenſibili angulo videtur, cenſetur eſſe nulla, ſeu inſenſibilis, creſcit vero hæc magnitudo, hoc eſt, fit ſenſibilis, prout angulus viſorius creſcit; hinc mobile lineam aliquam decurrens, quæ ſub inſenſibili angulo apparet, *apparenter ſtare*, hoc eſt, *non moveri videbitur*.

V. Ex his conſequitur, quod unum, idemque mobile A, in ſe & reipſa motu eodem decurrendo quamcunque lineam eodem tempore Ex. Gr. 10. minutorum, apparere debeat duobus ſpectatoribus lineam hanc ſub diverſa magnitudine videntibus, mobile hoc inæqualiter, hoc eſt, uni celerius, tardius alteri moveri, celerius illi, qui lineam hanc videt ſub angulo majore, tardius, qui eandem videt ſub minori, imo ſi ſupponatur aliquis eſſe ſpectator, qui lineam hanc ſub angulo admodum acuto, aut nullo videat, hujusmodi ſpectatori videbitur mobile A ſtare toto hoc tempore 10. minutorum, hoc eſt nullam habere motum ſenſibilem.

VI. Notum eſt principium dioptricum: diametros objectorum apparentes, ſeu angulos viſorios augeri in ratione foci lentis ocularis ad focum vitri objectivi, ut ſi dati tubi objectivum ſit pedum $4\frac{1}{2}$. ſeu 54. digitorum, lentis ocularis focus ſit 3. digitorum erit augmentum diametri objecti apparentis $\frac{54}{3}$. hoc eſt, tubus hujusmodi 18*es*. auget.

VII. Experientia conſtat, diametrum apparentem Solis per tubum, cujus augmentum eſt 54*es* non majorem apparere, quam apparet diſcus aliquis in diſtantia unius pedis ab oculo inermi, cujus diameter eſt 9. digitorum Viennenſium; hinc conſequitur in tubo, cujus augmentum eſt

18*es* apparere eandem Solis diametrum ſub diametro 3. digitorum.

VIII. Si pars duodecima digiti, hoc eſt, linea digitalis dividatur ſtilo quovis acutiſſimo, ſi poſſible eſt, in partes 12. pars duodecima unius lineæ, a parte undecima, hoc eſt, intervallum inter partem undecimam, & duodecimam unius lineæ *libero oculo* erit inſenſibile. **Inde** conſequitur partem undecimam cum parte duodecima unius lineæ digitalis in unam confundi, ſeu non diſcerni a ſe invicem, hoc eſt, ſub nullo angulo videri.

His principiis ſtabilitis propius ad demonſtrationem accedamus, atque pro fundamento comparationis aſſumamus tubum A, cujus vitri objectivi focus ſit $4\frac{1}{2}$. pedum, ſeu 54. digitorum, lentis ocularis focus ſit 3. digitorum, erit hujus augmentum 18*es*, & diameter Solis per hunc tubum apparet ſub magnitudine 3. digitorum, ut dixi Nro. VII. ſupponamus hanc eſſe diametrum apparentem Solis in diſtantia media Solis a Terra, hoc eſt $= 32'. 6''$. ſeu $1926''$. ſi jam hanc imaginem Solis diametri 3. digitorum reducamus ad partes 12*mas* unius lineæ, erunt hæ $3. \times 12. \times 12.$ hoc eſt 432. per hunc numerum dividamus diametrum Solis reductam ad ſecunda 1926. habebimus quotum proxime $4''. 5.$ hoc eſt, uni duodecimæ parti unius lineæ reſpondent $4''. 5.$ ſed per ſupra oſtenſa, una duodecima pars unius lineæ eſt omnino inſenſibilis, ergo in hoc caſu tubi augentis 18*es* ſunt $4''. 5.$ diametri Solis inſenſibiles, ergo per tubum repræſentantem diametrum Solis ſub magnitudine 3. digitorum, inſenſibilia ſunt $4''. 5.$ circuli.

Ponamus jam hoc tubo A 18*es* augente obſervari Tranſitum Veneris per diſcum Solis, habebimus igitur ſequentes concluſiones certas.

I. Cum motus horarius Veneris per diſcum Solis apparens non fuerit major $4'. 0''$. ſequitur intra unum minutum primum ſeu $60''$. temporis Venerem in diſco Solis tantum percurriſſe $4''$. ſecunda circuli, quapropter, ſi in tubo A, $4''$. circuli diſci Solis ſunt inſenſibilia per Num. VII. & VIII. hoc eſt, ſi $4''$. ſub nullo angulo videntur, tum motus Veneris intra $60''$. temporis nullus apparebit hoc eſt, per Num. IV. Venus per $60''$. temporis non mo-

veri, hoc eſt, ſtare videbitur. Item quoniam motus horarius Mercurii per diſcum Solis eſt 10′. 14″. circuli, hoc eſt 614″. ſequitur Mercurium intra unum minutum primum temporis moveri 10″. 14‴. & intra 24″. temporis per 4″. circuli, hoc eſt, Mercurius per tubum hunc A per 24″ temporis, ſtare videbitur. Et denique quoniam motus horarius Lunæ medius eſt proxime 33′. 0″. erit motus Lunæ per unum minutum primum temporis = 33″. hoc eſt, intra 8″. ſecunda temporis conficiet Luna 4″. circuli, hoc eſt, Luna per tubum A per 8″. temporis ſtare videbitur.

II. Si hanc contemplationem applicemus ad contactus interiores limborum Veneris, Mercurii, & Lunæ cum limbo Solis, habebimus ſequentes concluſiones pro obſervatione per tubum A facta. I. Quoniam Venus per 60″. temporis ſtare videtur, ſequitur, quod dum Venus ad contactus pervenit, ea videatur in contactu ſtare per 60″. temporis, hoc eſt, obſervator per 60″. temporis diſcernere non poteſt, quando *reipſa* (NB. dico reipſa) contactus exactus limborum contingit, hoc eſt, per talem tubum obſervatus contactus dubius eſſe poteſt intra 60″. temporis; neque obeſt, in contactu interiori limborum animadverſa quædam fulminatio momentanea, ſeu luminis intra limbos ceſſatio, hæc enim fulminatio contingit reipſa ante verum contactum limborum, ſcilicet tunc, dum Venus adhuc 4″. ſecundis circuli (quæ ponuntur indiſcernibilia) a limbo Solis reipſa diſtat; in Mercurio dubius erit contactus per tubum A intra 24″. in Luna intra 8″.

Notandum: Ut a lectoribus clarius intelligar, quid per *dubium contactum* intelligam, id ex fig. II. facile aſſequentur. Sit diſcus Solis A apparens per tubum 18*es* augentem, cujus diameter eſt 3. digitorum, erit pars *c*, *d* = 4″. hoc eſt, inſenſibilis reſpectu tubi 18*es* aug. dico, ergo, ut primum Venus pervenit in *c*, cenſebit obſervator fieri contactum, ſi fulminationem ſpectet, nam eo momento filum lucidum inter limbum Veneris & Solis diſparebit; ſi vero ſpectetur punctum *d*, quod reipſa eſt in limbo Solis extimum, contactus hic primum poſt 60″. temporis eveniet, ipſique obſervatori poſt fulminationem videbitur Venus ſtare per 60″. temporis; itaque hoc tempus ſci-

licet, dum Venus a puncto *c* progreditur ad punctum *d*, voco *contactum dubium*, aut effectum tubi abſolutum, quod tempus *contactus dubii* reſpectu diverſi augmenti tuborum varium eſt, ſic reſpectu tubi 36*es* erit 30″. ſecundorum, reſpectu 54*es* aug. 20″. ſecundorum, reſpectu tubi 72*es* augm. 15″. ſecundorum, ut ex ipſa Tabula, atque hic adjecta fig. II. patet: Idem cum proportione dicendum de contactibus ☿ vel Lunæ cum limbo Solis.

Poſita hac fundamentali contemplatione de tubo A, progreſſum faciamus ad cæteros tubos, quorum augmentum reſpectu tubi A 18*es* aug. creſcit. En itaque Tabulam ad uſum Tranſitus Veneris per diſcum Solis.

Effectus Tuborum reſpectivus, & abſolutus in uſu obſervationum Tranſitus Veneris per diſcum ſolis.

A. Augmentum Tuborum.	B. Partes circuli maximi indiſcernib. ſeu inſenſib.		C. Motus Veneris in tempore reſpondens partibus circuli inſenſibil.		A. Aug. mentum Tubo. rum.	B. Partes circuli maxi. mi indiſcernib. ſeu inſenſib.		C. Motus Veneris in tempore reſpondens partibus circuli inſenſibil.	
Aug. 18es	4″	0‴	60″	0	62es	1″	10‴	17″	30‴
20	3	36	54	0	64	1	7	16	45
22	3	16	49	0	66	1	5	16	15
24	3	0	45	0	68	1	3	15	45
26	2	46	41	30	70	1	1	15	15
28	2	34	38	30	72	1	0	15	00
30	2	24	36	0	74	0	58	14	30
32	2	14	33	30	76	0	56	14	0
34	2	6	31	30	78	0	55	13	45
36	2	0	30	0	80	0	54	13	30
38	1	54	28	30	90	0	48	12	0
40	1	48	27	0	100	0	43	10	45
42	1	43	25	45	110	0	39	9	40
44	1	38	24	30	120	0	36	9	0
46	1	34	23	30	130	0	33	8	15
48	1	30	22	30	140	0	31	7	45
50	1	26	21	30	150	0	29	7	15
52	1	23	20	45	160	0	27	6	45
54	1	20	20	0	170	0	25	6	15
56	1	17	19	15	180	0	24	6	0
58	1	14	18	30	190	0	23	5	45
60	1	12	18	0	200	0	22	5	30
62	1	10	17	30	300	0	12	3	0

Explicatio, & uſus Tabulæ.

Tabula hæc ſolum pertinet ad uſum obſervationum Tranſitus Veneris per diſcum Solis. Columna A complectitur augmenta Tuborum ab augmento 18es ad 300. ultra hunc numerum augmenti producere Tabulam inutile foret ad finem, & uſum propoſitum.

Columna B exhibet partes circuli inſenſibiles, reſpondentes & proportionales augmento cuivis tuborum, ita ſi augmentum tubi ſit 18es per hunc 4″. ſecunda circuli maximi erunt inſenſibilia ſeu indiſcernibilia, hoc eſt, dum quis per hujusmodi tubum diametrum Solis metitur, errorem inevitabilem 4″. ſecundorum circuli maximi admittet, ſic, ſi tubus auget diametrum Solis Ex. Gr. 54es pars indiſcernibilis diametri Solis erit 1″. 20‴. & ſi tubus augeat 100es. pars inſenſibilis erit 43‴. hoc eſt, 7. decimæ unius ſecundi circuli, & ſi augeat 300. pars indiſcernibilis tantum erant 12‴. hoc eſt 2. vel 3. decimæ unius ſecundi, fundamentum hujus columnæ ab experientia deſumptum eſt, ut ſupra Num. VII. indicavi, ratio autem numerorum eſt ipſa ratio inverſa augmenti.

Columna C exhibet tempora columnæ B reſpondentia, & quidem pro obſervationibus Veneris; ſic quoniam Venus intra unam horam tantum per 4. minuta prima circuli movetur, idcirco 4″. ſecundis circuli reſpondent 60″. hoc eſt, Venus ſuo motu 60″. temporis ſolum 4″. ſecunda circuli conficit, atque ita 2″. ſecundis circuli reſpondent 30″. temporis, & ita porro. Quapropter ſi Venus obſervetur per tubum augmenti 18es quo 4″. circuli ſunt inſenſibilia, ſequitur per tubum 18es aug. per 60″. temporis apparituram Venerem ſtare, hoc eſt, non moveri motu ſibi proprio, & competente; & per tubum augmenti 54es ſtare videbitur 20″. temporis, hoc eſt, intra 20″. temporis Venus non moveri videbitur, atque ita porro.

Quod ſi jam contemplemur Numeros Tabulæ columnarum B & C. Intelligemus, progreſſionem & proportionem decrementi partium inſenſibilium eo eſſe minorem, quo augmenta creſcunt tuborum; ſic ſi comparemus differentiam inter tubum 18es augentem, & inter 36es hoc eſt, duplo magis augentem, reperiemus eſſe 4″. 0‴. — 2″. 0‴. hoc eſt 2″. 0‴, & ſi comparemus tubum augmenti

100*es* cum tubo augmenti 200*es* itidem duplo magis au gentem reperiemus differentiam 0″. 43‴. — 0″. 22‴. hoc eſt 0″. 21‴. longe utique minorem, quam 2″. 0‴. licet incrementum tuborum augmenti reſpectivum ſit æquale. Eodem modo ſe habent tempora columnæ C ut conſideranti liquet.

Inde vero conſequitur utilitas, & uſus hujus Tabulæ, quam ſequentibus numeris explico.

I. Primus uſus hujus Tabulæ eſt, effectum diverſorum tuborum reſpectivum in contactu interiore limborum Veneris, & Solis determinare, ſuppoſitis nempe cæteris paribus, hoc eſt, quod tubus uterque præciſe, & diſtincte limbos Veneris, & Solis repræſentet; quod vento non agitetur, & cæteræ circumſtantiæ ſint pares. Dico itaque effectus tuborum habetur, ſi dato augmento tubi, eidem reſpondens in hac Tabula tempus ſubtrahatur a tempore dati tubi alterius reſpondente ejuſdem augmento; ut ſi ſint duo obſervatores in eodem loco Ex. Gr. Bononiæ contactum interiorem Veneris cum Sole diverſi augmenti tubis obſervantes, ſit augmentum tubi obſervatoris A = 54*es* & obſervatoris B = 36*es*, quoniam augmento tubi 54*es* reſpondent 20″. temporis & augmento tubi 36*es* reſpondent 30″. dico effectum tuborum futurum 30″. — 20″. = 10″. hoc eſt, accuratæ contactuum obſervationes horum duorum obſervatorum A, & B differre debent 10″. ſecundis temporis, hoc eſt, ſi contactus interior in ingreſſu obſervetur, tum obſervator A, debet 10″. ſecundis *citius* videre fieri contigiſſe fulminationem, ſeu apparentiam fili lucidi peripheriæ Solis, quam obſervator B. Si vero obſervetur contactus interior in egreſſu, tum obſervator A his 10″. ſecundis *tardius* debet obſervare fulminationem, ſeu ceſſationem fili lucidi peripheriæ Solis, quam obſervator B, atque adeo obſervator B videt contactum interiorem in ingreſſu 10″. ſecundis tardius, in egreſſu vero his 10″. ſecundis citius, ſi accuratam uterque peragit obſervationem, & ad ſolam fulminationem attendit. Veritas hujus rei ex ſequenti explicatione pateſcet. Vide Figuram. II.

In Figura II. ſit diſcus Solis A ſub diametro 3. digitorum apparente in tubo 18*es* augente. Diſcus B in tubo 36*es* aug. hoc eſt, duplæ diametri diſci A diſcus C aug.

54*es* hoc eſt triplæ diametri, diſcus D augm. 72. hoc eſt, quadruplæ diametri Solis ſit *c*, *d* in diſco A inſenſib. diametri Solis = 4″. & in tempore per ſuperiorem Tabulam = 60″. Quapropter per Num. VI. partes *c d*, in B, C, D, hoc eſt in reliquis diſcis Solaribus ſe habebunt in ratione diametrorum hoc eſt, pars *c d* diſci B apparebit duplo major quam in A, pars *c d* in diſco C, triplo major, pars *c d* in diſco D quadruplo major, hoc eſt, pars *c d*, in B, continebit duas *c d* diſci A, & pars *c d* diſci C, continebit tres *c d* diſci A, & pars *c d* diſci D continebit quatuor *c d* diſci A, Et partes inſenſibiles diſcorum B, C, D, erunt ſubduplæ, ſubtriplæ, ſubquadruplæ diſci A, hoc eſt, ſi pars *c d*, diſci A inſenſibiles ſint 4″. erit pars inſenſibilis diſci B $\frac{c,d}{2} = \frac{4}{2}$; diſci C = $\frac{c,d}{3}, = \frac{4}{3}$ diſci D $\frac{c,d}{4} = \frac{4}{4}$, & in tempore $\frac{60}{2} = 30''$. $\frac{60}{3} = 20''$. $\frac{60}{4} = 15''$.

Hinc vero, quoniam eodem tempore, quo limbus Veneris diſci A eſt in *c*, ſint quoque limbi Veneris in *c*, *c*, *c* in diſcis B, C, D, ſequitur. 1°. quod quando obſervator diſci A videt fulminationem contactus fieri Venere verſante in *c*, obſervatori diſci B, appareat Venus adhuc remota a limbo ſolis quantitate *c*, *d* diſci B, & ſic de cæteris diſcis C, & D, per Num. II. & III. 2*do* cum *c*, *d* in diſco B ſit dupla ipſus *c*, *d* diſci A, ſequitur, quod obſervator diſci B, fulminationem, ſeu contactum fieri videat, quando limbus Veneris verſabitur in arcu *f*, *g* in diſtantia a limbo Solis = $\frac{c,d}{2}$, hoc eſt quoniam *c*, *d* diſci A eſt = 60″. temporis, erit tempus contactus in diſco B = $\frac{60}{2} = 30''$. hoc eſt, obſervator diſci B, triginta ſecundis tardins obſervabit fulminationem ſeu contactum fieri, quam obſervator diſci A. Ita obſervator diſci C, videbit contactum fieri tempore $\frac{60}{3}$ = 20″. hoc eſt, 60″. — 20″. = 40″. poſt obſervatorem diſci A, ſic quoque obſervator diſci D, videbit fulminationem, ſeu contactum fieri $\frac{60}{4} = 15''$. hoc eſt 60″. —

15″. = 45″. poſt obſervatorem diſci A. Inde ſequitur 3*tio* : differentias has temporis eſſe effectus tuborum diverſi augmenti; quantitas vero hujus effectus habetur, ſi a temporibus Tabulæ in columna C relatis, cuivis augmento propriis, quæ reſpondent partibus inſenſibilibus motus Veneris, ſubtrahantur tempora reſpondentia tubi alterius augmenti, ut ſi quæratur quantitas effectus inter tubum augentem 54*es*, & inter tubum augentem 36*es* tempus reſpondens augmento 36. eſt 30″. tempus vero augmenti 54*es* eſt 20″, ergo 30″. — 20″. = 10″. eſt effectus tuborum in tempore.

Notandum I. Dum Ex. Gr. ex Tabula tubi 54*es* augentis a tubo augente 36*es* differentiam contactus interioris ſtatuo 30″. — 20″. hoc eſt 10″. ſecundorum, non velim, ut quis exiſtimet, me ſuſtinere velle, quod duo obſervatores de momento contactus dubitare poſſint intra 10″. ſecunda, ſi fulminationem ſpectemus, non autem contactum limbi ⊙ verum; id nequaquam affirmo, imo ajo, cuivis obſervatori, quocunque tubo utatur, contactum interiorem apparere debere certum, ſaltem intra 4″. vel 5″. ſecunda temporis, reſpectu ſui tubi, utpote cum contactus fieri cenſetur tunc, quando in ingreſſu filum lucidum inter limbos Solis, & Veneris *primum* apparet, aut in egreſſu, quando filum lucidum inter limbos ultimo apparet, quam apparentiam *fulminationem* appellamus, dico itaque fulminationem hanc cuivis apparere quaſi momentaneam, ſed nego fulminationem hanc cuivis apparere fieri eodem momento, quo alteri, ſi tubis utantur diverſi augmenti; hinc uni fulminatio momentanea quidem apparebit fieri, ſed tempore anteriore, alteri poſteriore, ut ex ipſa figura conſtat, atque hanc diverſitatem temporis voco effectum tuborum reſpectivum, qui maxime in uſu obſervationum contactuum conſiderari debet, & quo effectu obſervationes contactuum ad æqualitatem effectus unius tubi reducere oportere exiſtimo. Dixi ſuperius. Parallaxes ſolares e nuperno Tranſitu Veneris per diſcum Solis definitas nondum eſſe ſatis præciſas *titulo diverſitatis augmenti tuborum*, quapropter, ſi tubi inæqualis augmenti intra augmentum ſcilicet 20*es* & 100*es* adhibiti fuerint, obſervationes ante calculos reduci debuiſſent ad æqualem tuborum effectum, in quem uſum

hanc meam evulgo Tabulam , e qua apparet temporis diſcrimen in contactu uno interiore duorum obſervatorum diverſi augmenti tubis obſervantium eſſe potuiſſe, & fuiſſe 15″. imo 20″. & ultra ſecundorum, notum autem eſt diſcrimen 10″. temporis in contactu, vel in differentia Meridianorum producere diſcrimen in parallaxi ſolari unius ſecundi, ſaltem ſi obſervationes Europææ inter ſe comparentur.

Notandum II. Ex Tabula mea, & figura II. demonſtrari quidem, quod, qui tubo utitur majoris augmenti, ei contactum interiorem in egreſſu tardius fieri apparere debere, contra citius, qui minoris augmenti utitur tubo, idque revera eſſe poſſe criterium certum, & regulam univerſalem, qua bonitas obſervationum exploretur, nihilominus, quoniam e nuperno Tranſitu Veneris obſervationes habeamus ab exercitatis etiam obſervatoribus factas, quæ contrarium exhibeant, hoc eſt, habentur obſervationes interioris contactus in egreſſu, qui vi augmenti tubi obſervari debuiſſent ſerius reſpectu alterius tubi, eæ tamen adnotatæ ſint factæ citius, & viciſſim quæ tubo minoris augmenti fieri debuiſſent citius reſpectu tubi majoris augmenti, eædem adnotatæ habeantur factæ ſerius. Ea tamen de cauſa non auſim obſervationes hujusmodi referre inter erroneas, cum ſciam quam multæ eſſe poſſint circumſtantiæ , quæ citra culpam, obſervatoris obſervationem afficere poſſint. Sic obſervator utens tubo majoris augmenti, ſi oculus jam ex aliis obſervationibus actualibus fatigatus ſit, citius videre poteſt fieri contactum interiorem, præ illo, qui tubo minoris quidem augmenti, ſed oculis recentibus, & ab obſervationibus aliquamdiu quieſcentibus uſus eſt , atque ita de cæteris circumſtantiis tubi, non ſatis præciſe limbos exhibentis, aut venti vel nubium, vel commodi ſitus oculi &c. diſcurrendum. Mea enim hæc Methodus circumſtantias cæteras ſupponit æquales in utroque obſervatore, ſolumque diverſum augmentum tuborum reſpicit conjunctum tamen, cum *clara & diſtincta limborum Veneris, & Solis repræſentatione, cuivis augmento reſpondente.*

Theoriam hanc meam experientiæ eſſe conformem, infra quidem ex obſervatione Solis diei 1. Aprilis Anni 1764. hic Viennæ facta uberius demonſtrabo, hic

autem e Tranſitu Veneris Bononiæ obſervato periclitabor. Bononiæ contactus interiores Veneris & ☉ diverſi obſervatores diverſis inſtructi tubis obſervarunt ſequenti modo.

				Obſerv.	diff. a tubo
				′ ″	
D. Zanotti.	tubo $2\frac{1}{2}$.	ped. dioptr,	H.	9 4 34	*D. Zan.*
Adm.R.P.Friſi	tubo 6.	ped. dioptr.		9 4 54	20
D.Canterzani.	tubo 11.	ped. dioptr.		9 4 56	22
D. Marinus.	tubo 10.	ped. dioptr.		9 4 58	33
D. Matheucius	tubo 22.	ped. dioptr.		9 4 58	24
Comes Caſſalius	tubo 8.	ped. dioptr.		9 5 0	26

Quoniam horum tuborum augmentum non eſt indicatum a laudatis obſervatoribus, liceat mihi illud pro ratione lentium ocularium, quæ alias ordinarie pro hujusmodi tubis adhiberi ſolent, definire & quidem.

Tubus *D. Zanotti* $2\frac{1}{2}$. ped. lentem acutiorem vix ſuſtinet, quam $1\frac{1}{2}$. digiti in foco.

Tubus 6 ped. *Adm. R. P. Friſi*, habeat lentem 2 dig.
Tubus 11 ped. *D. Canterzani*.... habeat lentem 4 dig.
Tubus 10 ped. *D. Marini* ...... habeat lentem $3\frac{1}{2}$ dig.
Tubus 22 ped. *D. Matheucii* .. habeat lentem 7 dig.
Tubus 8 ped. *Comitis Caſſalii* .. habeat lentem $2\frac{1}{2}$ dig.

Quapropter ſequentem Tabulam habebimus.

	Aug. ment.	Partes inſenſibiles è Tabula in Temp.	Hinc diff. tubi D. Zanotti. à cæt. in Tempore	Eadem diff. ex obſerv.	Differ obſervat. à Tabula
Tub. D. Zanotti $2\frac{1}{2}$ ped,	20	54″ 0‴			
Tub. Ad. R. P. Friſi 6 ped	36	30 0	24″ 0‴	20″	— 4″
Tub. D. Canterz. 11 ped	33	32 30	21 30	22,	+ $0\frac{1}{2}$
Tub. D. Marini.. 10 ped	34	31 30	22 30	24	+ $1\frac{1}{2}$
Tub. D. Matheucii 22 ped	38	28 30	25 30	24	— $1\frac{1}{2}$
Tub. Com. Caſſalii 8 ped	36	30 0	24 0	26	+ 2

Quod ſi jam conſiderentur numeri ultimæ columnæ, quæ differentias obſervationum a Numeris e Tabula erutis indicant, hi adeo exigui ſunt, ut pro nullis differentiis merito cenſeri debeant, quapropter differentiæ tuborum e mea Tabula erutæ egregie conſentiunt cum obſervationibus, hoc eſt, conformes ſunt experientiæ.

Hinc vero ſequitur Reductionem obſervationis *D. Zanotti* ad obſervationes cæterorum ſatis exacte haberi per meam Tabulam ſcilicet:

	h.	′	″		″		h.	′	″
Obſ.D.Zanotti red. ad tub.Ad.R. D. Friſi erit	9	4	34	+	24	=	9	4	58
.... ad tub. D. Canterzani =	9	4	34	+	21½	=	9	4	55½
.... ad tub. D. Marini.. =	9	4	34	+	22½	=	9	4	56½
.... ad tub. D. Matheucii. =	9	4	34	+	25½	=	9	4	59½
.... ad tub. Com. Caſſalii =	9	4	25	+	24½	=	9	4	59½

Patet igitur obſervationem *D. Zanotti* eſſe conformem & conſentientem aliis Bononiæ factis obſervationibus.

Ex obſervationibus autem Viennenſibus habemus ſequentia.

	Contactus exterior.	Differ. ex Obſev.	Differ. ex Tabula.	Differ. obſerv. à Tabula.
P. Hell tub. cujus augment. 54	9 43 10			
A. R. D. Liſogorski tub.aug. 36	9 42 59	— 11″	— 10″	+ 1″
M. Rain S. J. tubo augm, 27	9 42 49	— 21	— 20	+ 1
R. P. Herwerth tub. augm. 24	9 42 44	— 26	— 25	+ 1

In Actis Ill. Acad. Scient. Pariſinæ ad Annum 1761. a *Cel. D. Pingré* plures obſervationes contactuum interiorum inter erroneas, aut dubias referuntur, quas inter etiam habetur obſervatio *Cel. D. Zanotti* Pag. 474 quam ego paulo ante recte factam demonſtravi, certe ſi *D. Zanotti* in tempore contactus interioris a ſe tubo 2½. ped. dioptrico ad ſummum 20*es* augente obſervati, convenisſet cum cæteris obſervatoribus Bononienſibus, cum Theoria hoc mea nequaquam conſenſiſſet; recta igitur, & accurata cenſenda mihi videtur obſervatio *D. Zanotti*, ſed effectu tuborum corrigenda, ſi parallaxis Solis ex ea quærenda ſit. Idem forſitan dicendum eſſet de nonnullis aliis obſervationibus, quæ in laudato pro memoria *D. Pingré* inter minus accuratas recenſentur, quarum error probabilius alius non eſt, quam diverſus effectus tuborum per Tabulam meam noſcendus.

Ex uſu Tabulæ meæ liquet, quod cum tuborum differentia temporis inter augm. 50*es* & 60*es* ſit 3″½. inter 60*es* & 70*es* ſit 2″¾. inter 70*es* & 80*es* ſit 1″¾. & inter 80*es* & 90*es* ſit 1″½. atque inter 90*es* & 100*es* ſit 1″¼. patet diverſitatem

tuborum ab augmento 80es ad 100es adeo parvan ut pro nulla haberi poſſit, & pari modo diverſitat ter 100es & 150. quæ ſolum reperitur eſſe 3''½. pro habendam. Hinc clarum eſt, tubos ab augmento ad 100um haberi pro paribus in effectu, item tub augmento 100. ad 150. & etiam ab augmento 150. a haberi pro iisdem, hinc ob diverſitatem tuborum reductione opus habere obſervationes illas, quæ l modi augmenti tubis peractæ ſint. Cætera ex ſeria meæ Tabulæ contemplatione per ſeſe patent.

Quoniam contactus exteriores difficilius diſcernu tuborum differentiæ e mea Tabula erutæ minus certæ e reſpectu horum contactuum, idque non vitio The aut Tabulæ meæ, ſed cauſa difficilioris obſervati Præterire nequeo animaverſionem e mea Tabula ſupp tatam, ſcilicet, ſi columnam B contemplamur, quæ tes inſenſibiles, ſeu indiſcernibiles in partibus circuli ponit pro vario tuborum augmento, intelligimus ſive dimetienda diametro Solis, ſive in diſtantiis Veneris a bis ſolis, ſeu in ipſa diametro ♀ dimetienda error inevitabilem plurium ſecundorum ob parvum tubor augmentum incurrere debere etiam exercitatiſſimum ſervatorem; certe ſi tubo augente 18es inſenſibilia ſu 4''. circuli, per talem tubum adhibita ſumma diligen exercitatiſſimi obſervatoris diſcerni non poterunt, n ad ſummum 8''. ſecunda circuli, ergo per talem tubo error committi poteſt ab exercitatiſſimo 8''. ſecundorum & ſi minor error committatur, caſu potius fortuito, qua dexteritati obſervatoris adſcribendum erit; id ipſum con firmant dimenſiones diametri Veneris, quam aliqui 50' alii 64''. ſecundorum repererunt, ut demonſtravi in me Tranſitu Veneris typis dato pag. 99. Hinc tubo augent 24ter error 5''. vel 6''. ſecundorum circuli in dimetiendi diſtantiis Veneris a limbo vel a centro Solis caveri non potuit, qualis meus erat, quo poſitiones Veneris deter minaveram, hinc etiam liquet in determinanda diſtantia minima Veneris a centro Solis ex obſervationibus calculata errorem tubi neceſſario includi, propterea tamen nequa quam obſervationes hujusmodi inter erroneas relatas ve lim, nam error ceſſat eſſe error, ſi & inſenſibilis eſt re ſpectu tubi, & ſi quantitas ejusmodi erroris ex aliis prin-

cipiis innoteſcere poteſt, qua obſervatio ſecure corrigi poſſit; ita e mea quidem obſervatione, diſtantia minima Veneris a centro ☉ reperitur, jam 9′. 25″. jam 9′. 19″. jam 9′. 30″. unde alicui mediam 9′. 22″. vel 24″. ſi autem addatur error inſenſibilis tubi juxta indicium meæ Tabulæ 5″. vel 6″. ſecundorum, ea fiet 9′. 27″. vel 28″. quam proxime veram, certamque diſtantiam minimam Veneris a centro Solis in ultimo tranſitu Anni 1761. fuiſſe exiſtimo. Quoniam itaque pro metiendis diſtantiis limbi Veneris a limbo Solis Aſtronomi vix majoris augmenti tubos adhibuerunt, quam quorum augmentum continebatur intra 20*es* & 40*es* aut ad ſummum 50*es*; majoris enim augmenti ad uſum hunc vix ſatis videntur apti, his autem tubis errores 3. 4. 5. vel 6. ſecundorum caveri omnino non poterant, ſequitur manifeſte, Methodum illam definiendæ parallaxeos Solis, quæ deſumitur e dimenſa vel e calculata diſtantia minima Veneris a centro Solis, eſſe inter cæteras maxime erroneam, & minime aptam ad indagandam parallaxim Solis, cujus determinatio intra limitem unius centeſimæ, aut ſaltem unius decimæ ſcrupuli ſecundi deſideratur; profecto niſi calculator parallaxeos certus eſſe poſſit (quod mihi in praxi videtur impoſſibile) duos obſervatores in diſtantiis minimis, a quibus parallaxis ſolaris inquiritur, errorem admittere non potuiſſe unius decimæ unius ſecundi, dubito, an hujusmodi calculator ulli Aſtronomorum perſpicacium perſuadere poterit, Methodum illam ſuam ex diſtantiis minimis Veneris a centro Solis deſumptam pro Solis parallaxi definienda & eſſe præciſam, & uſu recipiendam; multo autem minus perſuadebit, obſervationes illas tanquam inutiles, aut minus bonas eſſe rejiciendas, propterea, quod ex his obſervationibus diſtantiæ minimæ paucis ſecundis diſcrepantes reperiantur; fateor equidem obſervationes haſce ineptas eſſe ad inquirendam parallaxim ſolarem, non tamen eſſe minus aptas ad definienda cætera Theoriæ Veneris elementa, ſunt quoque inutiles ad uſum hujus parallaxeos ſolaris, non tamen ſua, aut obſervatorum, ſed non aptæ methodi, ſed calculatoris his in finem ſibi non competentem utentis cauſa. Navis aptiſſimum eſt inſtrumentum iter aqua perficiendum, hac ſi quis terra iter agere velit, ne is injurius erit

Architecto Navis, ſi eam, propterea, quod ſibi in hunc uſum inutilis evadat, male, atque contra leges mechanicæ fabrefactam pronunciet.

Quoniam ad corrigendas, atque ad æqualitatem effectus tuborum reducendas obſervationes Tranſituum ♀ & ☿ aut ☽ ante diſcum Solis, neceſſaria eſt notitia augmenti tuborum, rogandi ſunt obſervatores, ut in relatione obſervationum ſuarum hujus neceſſarii requiſiti meminiſſe velint, dicendo: *tubum adhibui Ex. Gr. dioptricum 12. pedum cum lente oculari foci 4. digitorum, aut uſus ſum 6. pedum cum lente oculari foci 3. digitorum &c.* Non ſatis eſt dicere, tubo uſus ſum 12. vel 6. pedum, ſi enim non addatur focus lentis ocularis, fieri poteſt, ut tubus 6. pedum, paris ſit augmenti cum tubo 12. pedum, ſi nempe tubus 6. pedum habeat lentem Ex. Gr. 3. digitorum, & tubus 12. pedum lentem 6. digitorum, erit augmentum tubi 6. pedum = 24*es* & tubi 12, pedum etiam 24*es*. Eodem modo augmentum tuborum catadioptricorum Gregorianorum ſuo modo indicandum eſt.

Prætermitto refutationem objectionum quarundam contra præciſionem methodi nunc propoſitæ a minus perſpicacibus fortaſſis faciendarum, uti eſſent petitæ ab athmoſphæra Veneris, a corona lucida diſcum Veneris non illuminatum ambiente, ab augmento diametri Solis per tubos non bene elaboratos conſpicui, aut à diminutione diametri ♀ in diſco lucido ☉ verſantis, de quibus ſatis fuſe egi in collectione mea *obſervationum de* Tranſitu ♀ per diſcum ☉ a pag. 23. ad pag. 29., facile enim e theoria mea nunc explicata perſpicitur, nihil omnino contra meam methodum facere, *quidquid non mutat admodum ſenſibiliter augmentum tubi, aut apparentiam motus Veneris per diſcum Solis non admodum variat.*

Ex his meis principiis facile conſtrui poſſunt binæ adhuc Tabulæ effectum tuborum exhibentes, quibus utimur ad obſervationes Tranſitus Mercurii aut Lunæ per diſcum Solis. Cum enim parti inſenſibili 4″. ſecundorum diſci Solis competant proxime 24″. ſecunda temporis motus medii Mercurii, facili calculo Tabula ſupputari poteſt, ſimilis Tabulæ, quam ſupra pro Venere propoſui, ut tamen hoc quoque labore Aſtronomos liberem, en ſiſto Tabulam pro uſu obſervationum Tranſitus Mercurii per diſcum Solis.

Effectus Tuborum reſpectivus, & abſolutus in uſu obſervationum Tranſitus Mercurii per diſcum Solis.

A. Augmentum Tuborum.	B. Partes circuli maximi indiſcernib. ſeu inviſibil.	C. Motus Mercurii in tempore reſpondens partibus circuli inſenſibilibus.	A. Augmentum Tuborum.	B. Partes circuli maximi indiſcernibiles ſeu inſenſibiles.	C. Motus Mercurii in tempore reſpondens partibus circuli inſenſibilibus.
Aug. 18‴	4″ 0‴	24″ 0‴	62‴	1″ 10‴	7″ 0‴
20	3 36	21 36	64	1 7	6 42
22	3 16	19 36	66	1 5	6 30
24	3 0	18 0	68	1 3	6 18
26	2 46	16 36	70	1 1	6 6
28	2 34	15 24	72	1 0	6 0
30	2 24	14 24	74	0 58	5 48
32	2 14	13 24	76	0 56	5 36
34	2 6	12 36	78	0 55	5 30
36	2 0	12 0	80	0 54	5 24
38	1 54	11 24	90	0 48	4 48
40	1 48	10 48	100	0 43	4 28
42	1 43	10 18	110	0 39	3 54
44	1 38	9 48	120	0 36	3 36
46	1 34	9 24	130	0 33	3 18
48	1 30	9 0	140	0 31	3 6
50	1 26	8 36	150	0 29	2 54
52	1 23	8 18	160	0 27	2 42
54	1 20	8 0	170	0 25	2 30
56	1 17	7 32	180	0 24	2 24
58	1 14	7 24	190	0 23	2 18
60	1 12	7 12	200	0 22	2 12
62	1 10	7 0	300	0 11	1 6

Ex hac Tabula liquet differentias in obſervationibus contactuum limbi Mercurii & Solis longe eſſe minores, quam in Venere, eo quod motus Mercurii ſit celerior, adeoque in partibus inſenſibilibus, augmento tuborum proportionalibus percurrendis minus temporis inſumatur. Sic effectus tuborum augmenti 36*es* & 54*es* in Venere erat 30″. — 20″. = 10″. ſecundis temp. in Mercurio iisdem tubis obſervando erit ſolum effectus tuborum 12″. — 8″. = 4″. temporis. Atque juxta hæc principia diſcur-

rendum erit de omnibus Paragraphis cum proportione, quæ ſupra de obſervationibus Veneris recenſui.

Superest Tabula effectus tuborum pro obſervationibus Eclipſium Solis, ſeu pro Tranſitibus Lunæ ante diſcum Solis, hæc Tabula, etſi iisdem principiis ſupra relatis innitatur, nequaquam tamen Numeri hujusmodi Tabulæ cum experientia, ſeu obſervationibus conſentire poſſunt, idque e duplici cauſa, quæ maximam attentionem merentur. *Primo*: Tabulæ ſupra a me relatæ Veneris, & Mercurii factæ ſunt pro contactibus interioribus limborum ♀ & ☿ cum limbo Solis, contra in Eclipſibus Solis ordinarie tantum obſervari poſſunt contactus exteriores limbi Lunæ, & Solis, in Eclipſibus quidem annularibus contactus habentur interiores, ſed hæ rariſſimæ ſunt. Quoniam itaque contactus exteriores difficilius obſervari poſſunt, quam interiores, effectus etiam Tuborum differentiæ paulo alius ſtatuendus eſt. *Secundo*: Contactus etiam *exteriores* Veneris & Mercurii cum limbo Solis, longe facilius diſcerni poſſunt, eo quod ob parvitatem diametrorum ♀ & ☿ relate ad diametrum Solis angulus curvilineus *a*, *b*, *c* fig. IV. quem format peripheria ♀ vel ☿, cum limbo Solis, ſit longe major, quam angulus *e*, *f*, *g* quem facit limbus Lunæ cum limbo Solis. Ex his duobus principiis proportio Tabularum ſuperiorum, quæ ex motibus Veneris, & Mercurii ſtatuta eſt, pro luna paulo immutanda venit. Quapropter partes motus Lunæ inſenſibiles in tempore 8″ ſecundorum pro tubo 18*es* augente, quæ competunt 4″. ſecundis circuli indiſcernibilibus per tubum hujusmodi ponendæ erunt ſaltem 20″. temporis, hoc eſt his 8″. ſecundis addenda ſunt alia 6″. ob difficultatem obſervationis contactus exterioris, & alia 6″. ſecunda ob anguli curvilinei contactus *e*, *f*, *g* parvitatem. Quibus principiis ſtatutis ſequentem propono Tabulam, e qua diverſus effectus tuborum in Eclipſibus Solis adhibitorum indagari poterit, atque ad æqualitatem reduci, qui etiam experientiæ obſervationum congruit.

Effectus Tuborum reſpectivus, & abſolutus in uſu obſervationum Eclipſium Solis.

A. Augmentum Tuborum.	B. Partes circuli maximi indiſcernibiles ſeu inſenſibiles.	C. Tempus reſpondens partibus circuli inſenſib. item Ang. cont. exter.	A. Augmentum Tuborum.	B. Partes circuli maximi indiſcernibiles ſeu inſenſibiles.	C. Tempus reſpondens circuli partibus inſenſibilib. item Ang. cont. exter.
Aug. 18es	4'' 0'''	20'' 0'''	60es	1'' 12'''	6'' 0
20	3 36	8 0	64	1 7	5 35
22	3 16	16 20	68	1 3	5 15
24	3 0	15 0	72	1 0	5 0
26	2 46	13 50	76	0 57	4 45
28	2 34	12 50	80	0 54	4 30
30	2 24	12 0	90	0 48	4 0
32	2 14	11 10	100	0 43	3 35
34	2 6	10 20	120	0 36	3 0
36	2 0	10 0	140	0 31	2 35
38	1 54	9 30	160	0 27	2 15
40	1 48	9 0	180	0 24	2 0
44	1 38	8 10	200	0 22	1 50
48	1 30	7 30	220	0 19	1 35
52	1 23	6 55	240	0 17	1 25
56	1 17	6 25	260	0 16	1 20
60	1 12	6 0	280	0 15	1 15

Uſus hujus Tabulæ idem prorſus eſt, qui duarum ſuperiorum Tabularum, id ſolum notando, quod, qui tubo utitur minoris augmenti, is initium Eclipſeos Solis videre debet ſerius contingere, finem autem citius præ illo, qui tubo utitur majoris augmenti, & contra, qui majoris augmenti tubo utitur, is initium Eclipſeos ſolaris videt citius, & finem tardius contingere, præ illo, qui minoris augmenti tubo utitur, ipſa vero *differentia* numerorum in hac tabula cuivis augmento tuborum reſpondentium, eſt effectus tuborum. Ex. Gr. Quæritur effectus tuborum, quorum unus auget 20*es* & alter 54*es* erit 18''. 0'''. = 6''. 40'''. = 11''. 20'''. effectus tuborum, quibus ille, qui utitur tubo 20*es* augente initium Eclipſeos videt tardius, finem citius contingere, præ illo, qui tubo utitur 54*es* augente. Ut vero de

theoria mea certus eſſem, atque per ipſasmet obſervationes quantitates a me in tabula ſtatutas periclitarer, in nuperna ſolari Eclipſi die 1 Aprilis anni 1764 complures exercitatos obſervatores diverſi augmenti tubis, in diverſis locis hujus mei obſervatorii ſparſos inſtruxi, nulli tamen horum obſervatorum mentem meam, finemque meum, propter quem ab illis obſervationem accuratiſſime peractam volui, manifeſtaveram ante. Cœlum nobis erat faventiſſimum, ſudiſſimumque toto obſervationis tempore, aer quietus, omnesque circumſtantiæ optimæ profecto. Obſervationes autem initii, & finis hoc modo peractæ ſunt.

	h. Initium	Finis,
P. Hell S.J. Tubo augente 54*es* A.	10. 22′. 5″. Mane.	1′. 22″. 54. poſt
D. Sambach Tubo augente 54*es* B.	10. 22. 6, ...	1. 22. 55. Merid.
P. Sajnovics S.J. Tub. Dol. aug. 27*es* C.	10. 22. 11.	1. 22. 47.
P. Pilgram S. J. Tub. aug. 21*es* D.	10. 22. 17.	1. 22. 42.

Hæ obſervationes datæ fide integra, nulla ſcilicet adhibita correctione, ſtupendo ſane conſenſu inter ſe conſentiunt. Meus & *D. Sambach* tubus paris fere augmenti ſunt, hinc etiam momenta initii, & finis fere eadem adnotata, niſi, quod error 7 ſecundorum *D. Sambach* correctus ſit in initio Eclipſeos, ſecus ſe habent obſervationes *P. Sajnovics*, & *P. Pilgram*, quæ pluribus ſecundis a mea differunt, & quidem initium eo tardius, quo minoris augmenti fuit tubus, contra vero finis citius adnotatus eſt. Si jam comparationem horum momentorum obſervatorum cum tubo meo A 54*es* augente inſtituamus habebimus ſequentes differentias:

	in initio	in fine
Tubus C. 27*es* aug. differt a tub. 54*es* aug. A....	6″ tardius.	7″ citius
Tubus D. 21 *es* aug. differt a tub. 54*es* aug. A....	12 tardius,	12 citius

E Tabula vero mea habetur

Differ. tub. 27*es* a 54*es* = 13″ 20‴ — 6″. 40‴ = 6″. 40‴ = 7″
& diff. tub. 21 a 54*es* = 17 10 — 6. 40 = 10. 30 = 11.

Qui numeri tabulæ cum differentiis obſervatis egregie. conſentiunt.

Porro ut experientia diſcerem, quantum obſervatores minus exercitati aberrare poſſent in obſervationibus Initii, & finis Eclipſeos ſolaris, binos obſervatores attentos quidem, ſed minus exercitatos, quos appella-

re liceat M. & S. tubis catadioptricis diverſi augmenti inſtruxi, obſervator M. tubum habebat augmenti 32*es* obſervator S. tubum augmenti 22*es*.

Obſerv. M. tub. 32. aug. Init... 10ʰ 22′. 25″ Fin. 1ʰ 22′. 45″,
Obſerv. S. tub. 22. aug.........10 22. 31.....1 22. 41.

Prima ſtatim conſideratione liquet momenta initii nimis ſero obſervata eſſe, neque tuborum augmento eſſe reſpondentia, ut igitur noſſem, num ſolum in initio, an vero etiam in fine errores, & quinam admiſſi ſint, ſequenti methodo per durationes totius Eclipſeos indagavi.

Ego initium obſervavi tubo 54*es* aug.	10ʰ	22′	5″		
finem..............................	1	22	54		
Hinc obtineo durationem totalem......	3	0	49	=	A.
Obſervator M. tubo 32 aug. initium....	10	22	25		
finem..............................	1	22	45		
Duratio totalis.......................	3	0	20	=	B.
Sed duratio mea erat..................	3	0	49	=	A.
Ergo differentia durationis.........		0	29		
Semiſſis de 29″ foret effectus Tuborum			14½		

Igitur ſi hæc 14″½ ſubtrahantur ab obſervatoris M. initio, & ad finem addantur, haberetur reducta obſervatio ad obſervationem meam.

Obſerv. M.	h. ′ ″			reducta h. ′ ″
Initium...............	10 22 25	— 14½	=	10 22 10½
Finis..................	1 22 45	+ 14½	=	10 22 59½

Quapropter cum per hanc reductionem momenta finis majora producantur, quam in mea obſervatione, quæ tamen vi augmenti tubi deberent eſſe minora, neque etiam initium ſic reductum cum meo initio congruit. clarum eſt, errorem ſubeſſe in obſervatione independentem ab augmento tuborum, porro patet initium obſervatoris M. ſic reductum differre a meo per + 5″½, & finem item per + 5½ hæc ſumma totius erroris eſt = 11″, quoniam vero non ſatis exercitati obſervatores errores plerumque in initio Eclipſeos admittere ſolent, eo, quod plaga contactus Lunæ, & Solis difficilius ſciatur, idcirco ſupponamus errorem hunc totalem 11 ſecundorum eſſe in initio admiſſum, quare ſubtractis his 11 ſecundis ab initio Eclipſeos obſervatoris M. manente fine incorrecto habebimus

	H.	M.	S.
Initium correctum obſerv. M.	10	22	14
Finem incorrectum..........	1	22	45
Hinc duratio tota..........	3	0	31
Duratio mea totalis A......	3	0	49
differentia durationis........	0	0	18
Semiſſis......................			9

hæc ſemiſſis 9″ eſſe deberet differentia tuborum, quapropter ſubtrahendo 9″ ab initio obſervato, & additis 9″ ad finem Eclipſeos obſervatoris M. obſervatio reducetur ad meæ obſervationis momenta, eritque

Initium 10ʰ. 22′. 5″. finis 1ʰ. 22′. 54″. prorſus conſentiens meæ.

Jam vero ſi differentiam tuborum e mea Tabula eruamus, reperiemus hanc inter tubum 54*es* & 32*es* augentem = 11″ 10‴ — 6″ 40‴ = 4″ 30″ ſeu 4″½, qui effectus præciſe eſt dimidius de 9″. Quapropter adhuc altera correctione opus habet obſervatio hujus obſervatoris M. ſcilicet utrumque momentum, tam initii, quam finis 5 ſecundis corrigendum, hoc eſt initio ſubtrahenda adhuc 5″, & fini addenda 5″ hoc eſt, præter errorem 11 ſecundorum in initio admiſſum, eſſe alium 5 ſecundorum tam in initio, quam in fine, id eſt, error initii eſt + 16 ſecundorum, & in fine per — 5 eſſeque debent correcta momenta vera. Initium 10ʰ. 22′. 9″. vel 10″ finis 1ʰ. 22′. 49″. vel 50″.

Eodem modo ſi examinemus obſervationem obſervatoris S. tubo 22*es* aug. factam habetur.

Initium obſervatum	10ʰ	22′	31″
Finis..............	1	22	41
Duratio totalis......	3	0	10
Duratio mea A....	3	0	49
Differentia durat....	0	0	39
Hujus ſemiſſis......			19½

eſſet effectus tubi, ſi obſervatio ſe recte haberet.

Hæc igitur 19½ ſupponendo eſſe effectum tubi, ſi applicentur initio & fini habebitur reducta ad meum tubum

....	Initium	10ʰ	22′	11½″
	Finis	1	23	0½
Sed mea eſt........	Initium	10	22	5
	Finis	1	22	54

Hinc liquet pariter errorem in initio admiſſum eſſe 13'', quibus tardius indicatum eſt. Quare his 13 ſecundis ſubtractis ab initio obſervato manente fine Eclipſeos, ut prius, habebitur

	h.	'	''
Correctum Initium	10	22	18
Finis	1	22	41
Hinc durat. tota	3	0	23
Sed mea eſt	3	0	49
Differentia durat	0	0	26
Semiſſis ſeu effectus tubi			13

Quibus 13'' ſecundis ad correctam obſervationem applicatis habebitur reducta ad meum tubum Initium 10^h. 22. 5''. Finis 1^h. 22'. 54''. prorſus congruens cum mea obſervatione, eſſet ergo differentia effectus tubi 22es. augentis à meo 54es augente = 13''. ſed ex mea Tabula habetur idem effectus = 9''. 40'''. ſeu = 10''. ergo ſolum 3'' ſecundis a mea Tabula differt effectus obſervatus, indicatque obſervationem finis Eclipſeos ſatis accuratam ab hoc obſervatore S. factam, atque adeo initium eſſe corrigendum per — 14'' ½. finem per + 1''½. ut cæteris obſervationibus, & tuborum augmento conſentiens efficiatur, eſſeque debet,

	h	'	''
Initium verum obſervatum	10.	22.	16½
Finis	1.	22.	42½

Eandem meam Theoriam confirmare videntur obſervationes Eclipſeos Solis diei 1. April. An. 1764. factæ Stockholmiæ, a Viris celeberrimis *D. Wargentin*, & *Ferner*.

	H.	m.	ſ.	
D. Ferner tub. 10 ped. Dol. aug. 87 Init.	10	48	56.	mane.
D. Wargentin tubo 8 ped. diopt. ordinario.	10	49	10.	

Videtur Eclipſis jam ante aliquot ſecunda cœpiſſe.

FINIS ECLIPSEOS.

	H.	M.	S.	
D. Wargentin tubo eodem 8 pedum	1	39	52.	a meridie.
D. Ferner tubo eodem 10 ped. Dol.	1	39	57.	

Ex his obſervationibus differentia tuborum in initio foret 14''. in fine 5'' ſecundorum. Quoniam augmentum tubi 10 ped. Dollondi eſt 87^{es}. tubi autem 8 ped. augmentum non indicatur, ſupponamus ergo lentem tubi 8 ped. fuiſſe 3 digit. in foco, & habebimus augmentum

ejus 30'': ergo ex mea Tabula III. habetur horum tuborum differentia 11'' 10''' — 4'' 21''' = 6'' 49'''. ſeu 7'' ſecundorum, quibus tubo 8 ped. initium Eclipſeos ſerius, finis vero citius obſervari debuiſſet præ tubo 10 ped. congruit ergo mea hæc differentia cum obſervatione finis, non item cum obſervatione Initii, recte igitur monuit *D. Wargentin*, initium a ſe notatum, jam aliquot ſecundis ante cœpiſſe. Quod ſi itaque momenta obſervationis *D. Wargentin* ex mea Tabula reducantur, ea forent hujusmodi: Initium 10^h 49' 3''. finis 1^h 39' 50''. aut ſi finis *D. Wargentin* 1° 39' 52''. ſupponatur accuratiſſimus, tum finis *D. Ferner* e mea Tabula foret 1^h 39' 59''. Verum differentia 2'' ſecundorum a mea Tabula diſcrepans, adeo exigua eſt, ut in hujusmodi obſervationibus pro nulla haberi poſſit.

Quod ſi differentiam hanc tuborum ex ipſis durationibus obſervatis totius Eclipſeos methodo ſuperiore pag. 301., inquiramus, illico apparet, initium *D. Wargentin*, ut ipſe animadvertit, ſerius omnino fuiſſe adnotatum.

Nam duratio totius Eclipſeos *D. Ferner* eſt....	2^h	51'	1''.
duratio autem *D. Wargentin* eſt....	2	50	42.
Differentia durationis, ſeu duplus effectus tubor.	0	0	19.

Cujus ſemiſſis 9½. eſſe deberet vera tuborum differentia, ope cujus momenta initii, & finis *D. Wargentin* reduci deberent ad momenta *D. Ferner*, quod ſi jam hæc 9''½. ſubtrahantur ab initio obſervato *D. Wargentin*, & ad finem addantur, erunt reducta.

Init. 10^h 49' 0''½. Sed *D. Ferner* eſt 10^h 48' 56'' ergo + 4½,
Fin. 1 40 1½.......................1 39 57 ..... + 4½.

Differt ergo ſic reducta obſervatio *D. Wargentin*, tam in initio, quam in fine ab obſervatione *D. Ferner* per + 4''½., quoniam itaque finis hac ratione reductus *D. Wargentin* prodit his 4''½. ſecundis ſerius, qui tamen vi minoris augmenti, prodire debet citius obſervatus, liquet duplum de 4''½, ſeu 9'' ſecunda, eſſe illam quantitatem, qua initium a *D. Wargentin* ſerius adnotatum eſt, quapropter ſubtractis his 9'' ſecundis ab initio obſervato *D. Wargentin* fine vero manente, ut indicatus eſt, habebitur.

Initium verum *D. Wargentin*.............	10^h	49′	1″
Finis....................................	1	39	52
Hinc duratio tota........................	2	50	51
Sed duratio *D. Ferner eſt*..............	2	51	1
Ergo differ. durationis ſeu duplus tub. effect. eſt	0	0	10
cujus ſemiſſis..........................			5

Eſt vera Tub. differ. quæ ſi ſubtrahatur ab initio 10^h. 49′. 1″. dat initium 10^h. 48′. 56″. & ſi addatur ad finem 1^h. 39′. 52″. dat finem 1^h. 39′. 57″. eadem prorſus, quæ *D. Ferner* adnotavit, igitur & differentia 5″. videtur eſſe proxime vera tuborum differentia, & 9″. ſecunda, eſſe illa, quibus initium tardius indicatum videtur *a D. Wargentin* ut ipſe cel. Aſtronomus candide monuit, ſe initium ſecundis aliquot ſerius obſervaſſe.

Concluſiones Methodi deducendi differentias tuborum in obſervationibus Eclipſium Solis adhibitorum.

I. Certum eſſe tam e Theoria, nunc propoſita, quam ex ipſa obſervationum accuratarum experientia, diverſi augmenti tubos, diverſa dare contactuum Solis, & lunæ momenta in *Initio*, & *Fine* Eclipſeos, & quidem adeo differentes eſſe poſſe contactuum obſervationes, ut 15″. vel 16″. ſecundis obſervationes etiam accuratiſſimæ ab exercitatiſſimis obſervatoribus factæ differant, quemadmodum ex Tabula liquet. Inde vero ſequitur. 1*mo*: Quod, quoniam hactenus calculatores differentiarum Meridianarum ex Eclipſibus Solis definiendarum, non reduxerint obſervationes ad tuborum æqualitatem, neceſſario differentiæ hæ Meridianorum (ſupponendo etiam cætera elementa fuiſſe accuratiſſima) erroneæ eſſe debuerint pro ratione diverſa effectus diverſi tuborum. 2*do*: Sequitur, non illico eſſe pronunciandas obſervationes erroneas, a pluribus in eodem loco factas, quando hæ non accurate inter ſe conſentiunt, ſi nempe tubis diverſi augmenti inſtitutæ ſint, immo vero tum eſſe pronunciandas dubias, quando diverſi augmenti tubis factæ inter ſe quoad tempora accurate conveniunt, qui conſenſus, & Theoriæ, & experientiæ contrarius eſt. 3*tio*: Certum eſſe criterium bonitatis plurium obſervationum in eodem loco factarum, ſi differentiæ obſervationum a differentiis

Tabulæ meæ non ultra 3''. vel 4''. ſecunda diſcrepent, quidem eadem quantitate in initio Eclipſeos, qua in fin ſed ſignis contrariis affecta, ut ſi differentia in initio ſi + eadem in fine debet eſſe — per ſignum + differun obſervationes Initii Eclipſeos factæ tubis minoris augmen ti, reſpectu tuborum majoris augmenti, & in fine per-contra vero obſervationes Eclipſeos factæ tubis majori augmenti differunt per — in initio, in fine vero per + ſi accurate factæ ſunt.

II. E Methodo nunc propoſita ex obſervationibus M & S. indagandi errorem obſervationis, & obſervatione ab errore hoc liberandi, facile intelligitur methodus al. tera, huic ſimilis, qua indagare licet in obſervationes in locis diſſitis factas, num accurate factæ ſint, modo notum habeatur diverſum tuborum augmentum. Hinc vero liquet, Aſtronomos ſcrupulosiores longe aliud judicium formare ſolere de bonitate quarundam obſervationum, quam eos, qui ſententias ſuas præcipitant.

III. Methodum meam definiendi differentias Meridianorum ex Eclipſibus Satellitum Jovis I. & II. in Ephem. 1764. primum ſtrictim, nunc vero in his 1765. fuſius propoſitam prætuli omnibus aliis obſervationibus in Ephemeridibus meis 1764. pag. 200 & in Tabulis lunaribus pag. 160, 209, & 210 ubi rationes una etiam meas propoſui, quodſi jam in Eclipſibus Solis ad tuborum differentiam animadvertamus, quam hucusque nullam eſſe ſupponebant calculatores, jam palam fit, differentias Meridianorum ex Eclipſibus Solis deductas multo magis dubias, incertasque evadere, novo hoc titulo. Num igitur recte pronunciaverim, rectumque judicium protulerim de mea Methodo ex Satellitibus Jovis definiendi differentias Meridianorum intra limitem erroris non majoris quam 4''. vel 5''. ſecundorum, iis dijudicandum relinquo, qui & uſu diuturno per obſervationes exercitati, & recta mathematicorum principiorum ſcientia inſtructi ſeſe Aſtronomos profitentur.

IV. Denique ex omnibus nunc hucusque declaratis clarum eſt, quam plurima eſſe in uſu obſervationum, quæ oculatiſſimum Aſtronomum expoſcunt; fateor, tuborum inventionem, eorundemque ad obſervationes Aſtronomicas uſum perutilem eſſe, ſed etiam fatendum eſt, mul-

ta eſſe pericula, erroresque, qui cauſa ſolius hujus inſtrumenti vix ſatis caveri poſſunt, elementaque ex obſervationibus deducenda erronea efficere ſolent, atque etiam oculatos obſervatores nonnunquam in errorem deducunt, illuſionem quandam opticam pro reali objecto habendam. Et vero ſola hæc cogitatio, (quod, dum per tubos aſtra contemplamur, *oculum inter & aſtrum medium interponamus quod & denſitate diverſa, colore, figura, adeoque legibus diverſis refractionum, reflexionum &c. præditum eſt,*) ſola inquam hæc cogitatio ſcrupuloſo obſervatori varias meditandi materias ſuppeditare debet, metumque facere errandi ibi, ubi minime errorem ſubeſſe exiſtimat; quis ante Tychonem ſuſpicatus eſt aërem noſtræ atmoſphæræ oculum inter & aſtra poſitum altitudines viſas aſtrorum afficere, altioresque facere, quam ſi aër abeſſet, & quidem lege refractionum varia, prout majori vel minore denſitate & altitudine præditus eſt, videmus ſæpe orientem, vel occidentem Solem ruberrimum, alias pallidum atque figura ovali præditum, an non rudis haberetur is, qui hunc colorem, hancque figuram ipſi ſolari globo eſſe propriam affirmaret? & quot non apparitiones opticæ ſæpe ab iis etiam, qui periti audire volunt, tribuuntur aſtris per tubos viſis, qui meri ſunt effectus tuborum opticorum? Exiſtimo itaque, Aſtronomum non poſſe locare utiliorem operam ad Aſtronomiæ profectum maxime ſpectantem, quam ſi mentis ſuæ aciem intendat in hunc cumprimis finem, ut obſervationes ab omni defectu, & errore liberas, correctasque ante earundem uſum reddat, niſi enim obſervationes ab his defectibus repurgentur, neceſſarium omnino eſt, ut omnia ea, quæcunque ex his obſervationibus per calculos deducuntur, his affecta ſint erroribus. Quam non gratiam debemus immortali *Bradleyo* ob legem aberrationum nobis datam, qua obſervationes repurgamus, tutasque ab errore efficimus? quis ante hunc cogitavit obſervationes fixarum a telluris motu annuo, & ſucceſſiva lucis propagatione, atque ab actionibus Lunæ diverſimode affici? Et quis novit, quænam, quantave detegenda ſint, quæ novas obſervationum correctiones ſuppeditent, quas Poſteri mirabuntur, nos ignoraſſe, attamen ex his ipſis palam eſt, quam indies majoribus difficultatibus, atque laboribus increſcat ſtudium hocce Aſtronomicum.

OBSERVATIONES
ASTRONOMICÆ
ANNI 1763, ET 1764.
VIENNÆ ET ALIIS LOCIS FACTÆ.

Obſervationes aſtronomicæ, quas hic addo, anni ſunt 1763, & nonnullæ Anni 1764. partim a me, partim ab aliis per univerſam Europam ſparſis Aſtronomis factæ, & mecum per commercium litterarium communicatæ, ſelectæ autem ſunt potiſſimum eæ, quæ ad uſum geographicum, & nauticum cumprimis faciunt, etſi autem ſint nonnullæ, e quibus elementa aſtronomica derivari poſſint, eorum tamen deductioni partim defectu otii, partim aliis ex cauſis infra referendis, ſuperſedi; neque tamen propterea inutilem hunc meam collectionem arbitror, ſecus, atque Vir Summus, & de Aſtronomia meritiſſimus immortalis *De la Caillius* minus cautis quibusdam ſentire videri poteſt, qui Summi viri, mihique dum viveret amiciſſimi, ſententiam non ſatis aſſequi videntur, dum circa collectiones obſervationum typis vulgatas animadverſionem ſuam verbis more ſuo candidis propoſuit in decennii ultimi ſuarum Ephemeridum Introductione ab Anno 1765. ad An. 1775. pag. XLVII. & XLVIII. ubi ita præfatur:

Ceux qui pratiquoient l'Aſtronomie, il y a 25 ans, ſçavent qu'après l'Obſervation d'une Etoile, & celle de la lune dans le Méridien, qui n'exigent chacune, que 2 ou 3 minutes de tems; il ne falloit alors guères plus d'une demiheure de calcul pour en conclure la longitude, & la latitude véritables de la. Lune. A préſent deux heures ſuffiſent à peine à celui qui eſt le plus exercé dans les réductions Aſtronomiques. *On ne doit donc pas juger du travail d'un Aſtronome par le nombre des obſervations qu'il à faites; mais par celui des obſervations, qu'il à réduites, pour*

en faire uſage, & pour mettre les autres en état de les employer utilement aux progrès de nos connoiſſances.

Je finirai par une Réflexion qui me paroît une conſéquence naturelle de tout ce que j'ai dit; c'eſt que les obſervateurs de profeſſion, qui veulent *maintenant* rendre des ſervices réels à l'Aſtronomie, doivent faire, autant qu'il eſt poſſible, toutes les Réductions néceſſaires à leurs obſervations à meſure qu'ils les font, ſans en remettre le calcul à un autre tems, oü le renvoyer à ceux, qui voudront ſe ſervir de ces obſervations; parceque la longueur exceſſive, & la multiplicité de ces calculs en rend l'entrepriſe comme impoſſible, lorſqu'elles ſe font un peu accumulées. *Ce ne ſeroit donc plus aujourd'hui faire un préſent fort utile au Public, que de mettre au jour un Recueil d'Obſervations telles, qu'elles ont été faites, ou après avoir ſeulement reduit les tems en tems vrais.* Il me paroît auſſi qu'il faudroit non-ſeulement joindre aux obſervations les Réſultats de réductions, mais même les principaux élémens de ces réductions; afin qu'en cas de ſoupçon d'erreur de calcul, ou de faute d'impreſſion, on put en faire la vérification ſur le champ: faute d'un pareil ſoin les Géometres d'aujourd'hui, qui ont voulu travailler ſur la Théorie de la Lune, ont eu raiſon de ſe plaindre, que malgré tous les Volumes imprimés d'Obſervations Aſtronomiques, ils n'en trouvent preſque aucune à laquelle ils puiſſent comparer les Réſultats de leur Analyſe. Celles de *Halley*, qui ſont imprimées à la ſuite de ſes Tables, ſont incompletes, & peu ſûres, parcequ'on n'y trouve ni les Declinaiſons, ni les Latitudes de la lune, & que juſqu'à ce, qu'on ait publié les details des obſervations ſur lesquelles les Aſcenſions droites ont été calculées, on ne pourra ni vérifier ces calculs, ni les rectifier ſur les élémens, qui nous ſont maintenant mieux connus. *Hæc vir Summus, quæ latine reddita ita habent.*

„ Notum eſt Aſtronomis, qui praxim aſtronomicam „ ante annos 25 exercebant, quod e facta obſervatione „ culminantis lunæ collatæ cum fixa aliqua itidem cul„ minante, quæ ſpatio 2 vel 3 minutorum peragitur, „ ad ſupputandos longitudinis & latitudinis veræ lunæ „ calculos ſpatium temporis horæ dimidiæ fuerit ſufficien„ tiſſimum, nunc vero, ob calculorum amplitudinem

„ exercitatiſſimo etiam calculatori vix binæ ſufficiant „ horæ ad easdem longitudines & latitudines lunæ veras „ ſupputandas. *De labore igitur cujuſpiam Aſtronomi non* „ *tam ex obſervationum copia nude ab illo factarum, quam e* „ *numero earum obſervationum, e quibus elementa per ſemet* „ *deduxit; quæ uſui eſſe poſſint tum aliis, tum ad præſentem* „ *Aſtronomiæ profectum & utilitatem, judicium ferendum.*

„ Finio facta animadverſione, quæ videtur eſſe corol„ larium quoddam omnium eorum, quæ ante edixeram, „ hæc ea eſt, ut ii, qui ſeſe profitentur obſervatores, ſi „ prodeſſe velint Aſtronomiæ, eidemque utile, verum, „ ac *præſens* adferre commodum, omnes reductiones, „ omnesque calculos ipſi faciant ſuarum obſervationum, „ & nequaquam editis nudis obſervationibus, aut cal„ culos in aliud tempus differant, aut calculandi labo„ rem ad eos remittant, qui his obſervationibus uti ve„ lint, nam, dum obſervationum numerus aliquanto ma„ jor eſt, ſpatium temporis diuturnum, quod ad hos cal„ culos requiritur, ipſaque calculorum multiplicitas, „ reductionem harum obſervationum quaſi impoſſibilem „ facit. *Non igitur cenſendus eſt obſervator ſingularem ali-* „ *quam adferre publico utilitatem, qui totus eſt in eo, ut magnam* „ *ſuarum obſervationum aut prout factæ ſunt, aut tantum ad* „ *tempus verum reductarum collectionem typis evulget.* Vide„ tur mihi præterea, debere hujusmodi obſervatorem „ non ſolum addere ſuis obſervationibus a ſe reducta ele„ menta, ſed ipſamet principia, ipſosque calculos ad„ ferre, quibus in errorem calculi, aut typi, ſi quis „ ſubeſſe putetur, inquiri poſſit. Horum calculorum de„ fectu Geometræ hodierni, qui in Theoria lunæ perfi„ cienda elaborant, merito queruntur, ſe e tanto obſer„ vationum Aſtron. typis datarum numero vix aliquas „ reperire, quibuscum formulas ſuas analyticas compa„ parent. Deductiones *Halleji*, quæ ad finem Tabularum „ Hallejianarum referuntur, & incompletæ ſunt, & „ minus ſecuræ, in completæ quidem defectu declinatio„ num, & latitudinum, minus autem ſecuræ, quod non „ ipſæmet referantur obſervationes, e quibus Aſcenſio„ nes rectæ ſupputatæ ſunt, quosque non ante periclitari „ licet calculos, e quibus elementa nobis jam nunc me„ lius nota emendentur, quam obſervationes ipſæmet „ typis proferantur.

Ita celeberrimus *De la Caillius*, qua animadverſione, ſi quidem curſim legatur, generatim probare velle videtur Vir Summus, *Collectiones obſervationum, ut factæ ſunt, typis datas non magnopere eſſe utiles, aut parum ſaltem ad Aſtronomiæ profectum facientes, nec magnum publico offerri Theſaurum.* Sed animadverto, injurium fore, atque iniquum Cenſorem illum, qui hoc ſenſu tanti Viri, hac ætate inter Aſtronomos ſummi, verba nunc adducta accipi debere contenderet. Noveram Virum tam ex operibus profundo ingenio, & incredibili labore conſcriptis, quam e commercio litterario mecum & frequentiſſimo & intimo atque candidiſſimo, ſcio illum optime noviſſe Aſtronomiam, ut per ſolas obſervationes natam, ita per has & perfici indies, quapropter eum nihil magis optaſſe, atque Obſervatores exercitatos exquiſitis inſtrumentis inſtructos per totum ſpargi orbem, qui etſi otii defectu, aut fortaſſis etiam calculorum praxi profundiore minus exercitati ex obſervationibus ſuis elementa per ſemet non deducant, plurimum tamen ad profectum Aſtronomiæ etiam *præſentem* conferant, ſi has cum publico communes faciant, quibuscum ii obſervatores, qui & calculorum otium & praxim poſſident, ſuasmet obſervationes comparare, atque comprobare valeant. Non eum latebat, parvum admodum eſſe *obſervatorum* numerum, ſi cum numero *calculatorum* conferatur, eadem fere ratione, qua unitas eſt ad centenarium. Experientia enim propria notum habebat, cauſas hujus exigui obſervatorum numeri, binas eſſe potiſſimum, primam: neceſſariam inſtrumentorum aſtronomicorum ſuppellectilem, cujus procurandæ ſumptus, non cujusvis ferret crumena, alteram: Inſtrumenta conſtruendi, tractandi, rectificandi, examinandi dexteritatem non cuivis innatam, incredibilem autem obſervationum laborem, diuturnas ſcilicet vigilias, ſomni reparandarum virium corporis neceſſarii interruptus uſus, frigora vix non intolerabilia hyemis rigidiſſimæ, æſtum autem ſummum urentis Solis, corporis præterea non nunquam reſupini ſitum in obſervando ſæpe neceſſarium & moleſtiſſimum, &c. quibus ordo vivendi communis hominum & multum perturbatur, & valetudo detrimentum haud leve accipit, adeo, ut niſi divino quodam ſpiritu & robore animetur obſervator hujusmodi diligens,

duriſſimum & continuum obſervationum laborem, vix ferre poſſit diu. Cujusmodi moleſtum vitæ genus, fabuloſi Poëtæ in Emblemate *Promethei* celebris olim obſervatoris, Caucaſo monti, in quo obſervationes peragebat, vinculis alligati, cujus cor, atque viſcera aquila exederet, haud malè expreſſerunt. Noverat contra *Caillius* e factis obſervationibus ſupputare elementa, laborem quidem eſſe diuturnum, ſed magna cum commoditate, & ſine ſumptibus, hyeme in calido conclavi, & tempore juxta calculatoris votum & arbitrium ſuſcipiendum, perficiendumque; ſcilicet dum Calculator tempora laboris ſui ad arbitrium ex voto ſibi deligit, quo & valetudini conſulat, & amicorum dulci commercio, atque Magnatum obſequio ſua impendere poſſit tempora, *obſervatoris* contra vivendi ordo totus a cœlo pendeat, ſuique juris nunquam eſſe poſſit, adeo ut niſi adſit tempore, quo eum cœlum vocat, vocat autem perſæpe temporibus incommodiſſimis, detrimentum faciat aut nunquam, aut certe non niſi poſt longa aliquando tempora recuperandum, parce cum amicis, iisque perpaucis, nihil fere cum Magnatum obſequiis delicioſis, media in turba, in frequentia hominum ſolitarius, parum ſibi, totus ad nutum cœli vivere neceſſe habeat.

Minime etiam ignarus erat vir Summus, obſervationes exercitatorum Aſtronomorum, ut nude factæ ſunt, Theſaurum eſſe a *Poſteris* non ſatis æſtimandum, expetendumque, quæ quo antiquiores evadunt, eo aptiores redduntur & ad ſtabiliendam perficiendamque ſyſtematis Planetarii Theoriam & ad inventa ſcientiarum locupletanda, tantoque *Poſteri noſtri* majores nobis debebunt gratias ſuorum inventorum ad profectum Aſtronomiæ aliarumque ſcientiarum plurimum facientium, quam nos noſtris Anteceſſoribus (quas tamen maximas habemus) quanto & accuratioribus organis, & methodis a nobis perfectas accipient obſervationes; contra vero calculatorum labores præſentem ſolum, eamque particularem ſpectant utilitatem, quorum uſus non niſi breviſſimo tempore utilis eſſe poteſt, eo, quod in annos prope ſingulos nova calculorum elementa inveniantur, quibus priores deductiones correctiores redduntur, cogantque calculos improbo labore antea perfectos nova via retractare; qua-

propter libri ſimilibus calculis referti (ſi ipſas una non recenſeant obſervationes nude factas) vix alium poſt pauca tempora habeant uſum, quam ut ſine uſu in ornamentum Bibliothecarum cedant; calculi certe hujusmodi pene omnes vel ante 25 annos ſupputati, ſi cum noſtris conferantur, non aliud fatum experiuntur, noſtrosque calculos poſt aliquot annos idem fatum manere, facile perſpicere poſſumus. Admodum ergo exigua horum calculorum etſi nobis utilium apud *Poſteros* utilitas; nec aliam *a Poſteris* calculator hujusmodi gratiam exſpectandam habet, quam laudem commiſerationis, & admirationis ſummæ patientiæ laboris improbi, quodque immortalis *Caillius* de deductionibus *Halleii*, ſine obſervationibus vulgatis in ſupra adducta animadverſione ſapienter queritur, idem Poſteros noſtros de noſtris judicium laturos, opinari poſſumus.

Denique probe perſpectum habebat Vir verſatiſſimus *Caillius*, immortalem *Tychonem*, cæterosque poſt hunc Aſtronomiæ Patres totos fuiſſe in phænomenis cœleſtibus obſervandis & ad *Poſteros* tranſmittendis, nec dubitaſſe futuros *Kepleros*, *Newtonos*que, qui ex his obſervationibus calculorum atque analyſeos ope ea deducant, quæ et orbi univerſo ad utilitatem maximam, & ipſis calculatoribus ad nominis, famæque immortalitatem cedant; certe, ut alias me dixiſſe memini, nec *Keplerum* futurum fuiſſe *Keplerum*, nec *Newtonum Newtonum*, niſi Tychone obſervatore induſtrio, cæteriſque Poſteris ſedulis cœli Scrutatoribus. Unam denique *Horoccii* ſolam Veneris in Sole verſantis obſervationem plus profuiſſe perficiendæ Theoriæ Veneris, quam omnes Geometrarum quantumvis operoſæ ſupputationes & formulæ ante hanc productæ.

Non igitur Vir ſummus *De la Caillius*, collectiones typis vulgatas obſervationum nude factarum, animadverſione ſua illa ſupra relata aut improbare poterat, aut vel a longe infirmare volebat, tametſi aperte dicat: *Non igitur cenſendus eſt obſervator ſingularem aliquem offerre publico Theſaurum, qui totus eſt in eo, ut magnam ſuarum obſervationum, aut prout factæ ſunt, aut tantum ad tempus verum reductarum collectionem typis evulget.* Neque de labore obſervatorum ſiniſtre eum quis ſenſiſſe

arbitretur, etſi candide moneat: *de labore cujuſpiam Aſtronomi non tam ex obſervationum copia nude ab illo factarum, quam e numero earum obſervationum, e quibus elementa obſervator per ſemet deduxit, judicium ferendum.* Tyronem certe in Aſtronomicis eſſe oportet eum, qui ſummi viri ſenſum horum verborum in meliorem non interpretetur partem, quique non videat Virum hunc celeberrimum de *præſenti* ſolum obſervationum uſu & quidem tantum particulari ad theoriam pertinente eum loqui, quod verbis: „ qui veulent *maintenant* rendre des ſervices réeles à „ l'Aſtronomie, qui ſcilicet volunt *actu, & præſenti tempore* utilem præſtare operam Aſtronomiæ theoreticæ, ſatis dilucide mihi edixiſſe videtur. Non itaque de aliis uſibus multo pretioſioribus, neque etiam de aliis loquitur obſervatoribus, Vir Aſtronomiam propediem perfectiorem videndi cupidiſſimus, quam qui (NB.) & *calculandi otium, & apta theoriæ, praxeosque calculatoriæ ſcientia juxta hodiernam Aſtronomiam exculta inſtructi ſunt;* hos ſolum exhortari videtur, ut ſociam *Geometris*, per Analyſim Theoriam elaborantibus, operam præſtent, ipſique Elementa ſuarum obſervationum ſupputent, quibuscum formulas ſuas Analyticas Geometræ comparare & conferre valeant, nequaquam autem calculorum laborem, aut ad alios remittant, aut in longius tempus differant; hortatur præterea ſapienter, ne ſola elementa a ſe per calculos producta nude proferant, ſed ipſasmet obſervationes ſuas, prout factæ ſunt, fide integra, ipſamque calculorum ſeriem una recenſeant, quę & de calculandi methodo conſtet *Geometris*, & in errores calculi, ſi qui irrepſiſſent, ipſimet inquirere poſſint.

Id equidem fatendum, ſi obſervationum vel unius anni a diligente quopiam obſervatore factarum (quarum elenchus paucis duntaxat abſolveretur paginis) Reductiones omnes typis darentur, hi complura poſtularent volumina, quod a nemine Aſtronomorum hactenus factum ſcio, nec facturum arbitror ullum unquam; ipſe certe *De la Caillius*, qui ſummo Aſtronomiæ commodo, atque utilitate fixarum loca incredibili labore definita, etſi ipſasmet obſervationes ſuas omnes, ſapientiſſimo conſilio, ipſaque loca fixarum a ſe reducta, & in catalogum redacta ad hodiernum, poſterorumque uſum, typis vul-

gata voluerit, quod opus ſuum merito: *Fundamenta Aſtronomiæ* appellavit, ipſas tamen Reductiones & calculos haud quaquam typis dandos cenſuit, tum quod horum elenchus ampliſſimus complura volumina poſtulaſſet, quæ omnino vix ulli uſui forent, tum quod ipſemet ſapienter arbitratus ſit, eos, qui de ſuis reductis fixis dubium haberent, loca hæc ex ipſis obſervationibus typis datis calculorum ope (quorum unum exemplum propoſuerat) e Tabulis a ſe propoſitis periclitari poſſent, tum denique, quia prudenter ſuſpicabatur ventura tempora, quibus inventis novis reductionibus, calculi hi nova via retractandi forent, ipſas autem obſervationes opus eſſe æternum, nec unquam retractandum facile, niſi fortaſſe, aut ſuſpicio erroris inſtrumentorum ſuperveniret, aut pretiſiora reperirentur organa, quibus major habenda eſſet fides.

Quapropter verba *Viri Clariſſimi* ſupra relata, nequaquam magnos ſedulorum Obſervatorum animos deprimere debent, ſed cœptum ardenti affectu ſuarum obſervationum curſum magna majorum exempla *Tychonis*, ipſiusque *De la Caillii* ſibi proponentes, ſtrenue proſequantur, ſuosque vigilatos labores cœleſtes typo expreſſos in annos ſingulos cum *Aſtronomis* & *Geometris* communes faciant, haud multum ſoliciti de deductionibus elementorum, ſi ipſis ad has otium deſit neceſſarium, ſatis ſit Poſterorum, modernorumque, qui calculandi otium habent, utilitatem præ oculis habere, qui labores hos noſtros pretioſi theſauri inſtar, tanquam hæreditatem ſibi propriam, & expetendam, ſemper habebunt acceptam, gratique noſtri nominis memores, quemadmodum nos cum noſtrorum Anteceſſorum obſervationibus facimus, referent ad nominis immortalitatem. Meminerint etiam factas obſervationes opus eſſe æternum, quod ſemper ſuam utilitatem, ſuumque uſum, ac pretium habet, ſupputationes contra elementorum tamdiu ſolum habere pretium, quamdiu novam calculandi, & deducendi methodum non habemus, quod quam breve ſit, quotidiana pene inventa nova ſatis, ſuperque nos edocent. Meminerint denique multo plures ex obſervationibus derivari utilitates, quæ æque fortaſſis expetendæ ſunt orbi, quam *deductio* Elementorum uni duntaxat theoriæ & quidem particulari, inſerviens.

Utinam illuſtris quædam Scientiarum Societas hunc ſibi ſumeret laborem exoptatiſſimum, ut habito commercio litterario cum omnibus totius orbis Aſtronomis obſervationes omnes aſtronomicas per orbem in ſingulos annos factas ſedulo colligeret, atque *opere ſeorſivo* collectionem hanc typis vulgaret annis ſingulis! Nihil certe & ad præſentem, & futuram Aſtronomiæ, Geographiæ, Nauticæ, Phyſicæ, cæterarumque ſcientiarum naturalium utilitatem, ac profectum aptius excogitari poſſet opus, e quo & Geometræ per orbem ſparſi, & ipſi Aſtronomi tanquam e Theſauro *viis ſibi propriis* nova inventa, aut producant aut reperta inconcuſſis argumentis confirment, præſumpta autem refutent, aut denique opiniones minus veras eliminent, ſcientiasque naturales ab erroribus repurgent. Obſervationes autem hujusmodi fide integra cum omnibus circumſtantiis, & organorum accurata deſcriptione, ipſorumque obſervatorum Nominibus adjectis (*) referendæ forent. Non itaque inutilem me operam facturum arbitror, ſequentem tum mearum, tum aliorum exercitatorum obſervatorum cum publico pro more meo communem faciendo collectionem obſervationum ſelectiorum aſtronomicarum.

(*) *Nomina obſervatorum referenda volo, non ad jactantiam, inanemque gloriam, ſed, ut conſtet lectoribus, quænam obſervationes, ab exercitatis & diuturno obſervationum uſu inſtructis viris factæ ſunt, quo habeatur diſcrimen ſelectus faciendi, & quibusnam major fides tribuenda; deinde, quia ſunt nonnullæ obſervationes quæ niſi conſtanter ab eodem obſervatore, iisdemque inſtrumentis peragantur, omne pretium ſuum, & maximum uſum amittant, ut de Satellitum obſervationibus ſupra retuli.*

OBSERVATIONES ASTRONOMICÆ

ANNI 1763.

Factæ in obſervatorio Cæſ. Regio Univerſitatis Vindobonenſis, a P. Hell S. J. & aliis.

OBSERVATIO

Eclipſeos partialis Solis die 13. *Aprilis* 1763.

Circumſtantiæ huic obſervationi parum faventes erant, quapropter non ea, qua cupiebam accuratione perfectam notum volo; cœlum quidem erat ſine nubibus, ſed admodum vaporoſum, ventus Orientem inter & Meridiem ſpirabat vehementior; Initium hujus Eclipſeos ex certis circumſtantiis, nec a me, nec a meo Socio accurate obſervatum eſt; tum enim primum nobis illud viſum eſt, cum jam pars ſatis ſenſibilis diſci ☉ obſcurata fuerat a Luna. *Dominus* tamen *Sambach* exercitatus, & jam a me ſæpius laudatus obſervator tubo 9. pedum dioptrico aug. 30*es* initium ſibi ſatis certum viſum fuiſſe aſſeruit tempore vero die 12. April h. 23. 57′. 26″. finem vero idem *D. Sambach* tubo dioptrico 10. pedum aug. 30. adnotavit die 13. April h. 0. 37′. 43″. *Reliqui finem obſervavimus.*

	H.	M.	S.
Illuſtris D. Müller tubo 12. ped. aug. 30......	0	37	45
P. Hell S. J. tubo Newt. 4½. ped. aug. 54 ſed ſub ipſum finem, caſu infortunato per cujusdam vehementiorem motum exagitato hinc dubius..............................	0	37	58
P. Pilgram S. J. tubo 4. ped. Newt. 32......	0	38	0

Obſervatio tam finis, quam Initii hujus Eclipſeos ob Lunæ motum, qui ſecundum tangentem limbi Solis fiebat admodum lentum, dubia omnino plurium ſecundorum eſſe debuit, hinc tota hæc obſervatio inter utcunque dubias a me relata eſt, nec tamen penitus omittendam duxi, cujus ſaltem aliqua eſſe poteſt utilitas. Quantitatem obſcurationis maximæ tubo meo dioptrico 5. pedum inſtructo micrometr. filari dimenſus ſum h. 0. 15′. 5″. quam reperi = 1′. 34″. ſeu 0. dig. 35′. *P. Pilgram* eandem tubo 4. ped. dioptrico dimenſus, reperit 0. dig. 34′.

OBSERVATIONES

Satellitum Jovis factæ Vindobonnæ in Obſervatorio Cæſ. Regio Univerſitatis Anno 1763.

Die 7. Julii. Immerſio I. Satellitis.

Cælo ſereno, ſed ſub crepuſculo matutino admodum intenſo faſciæ Jovis, & Satelles cum difficultate videbantur.

	H.	M.	S.
Ill. D. Hoffmann Sereniſ. Elect. Saxoniæ a Conſiliis tubo 4. ped. Newt.	15	9	58
P. Hell S. J. tubo 4½. ped. Newt. Sat. vix videtur	15	10	21
Immerſio certa	15	10	29

Die 2 Augusti Immerſio II. Satellitis.

Cælo admodum ſereno & quieto, faſciæ Jovis optime diſcernebantur.

P. Pilgram S. J. tubo 4. ped. Newt.	13	49	17
P. Hell S. J. tubo 4½. ped. Newt.	13	49	44

Die 7 Septembris. Immerſio I. Satellitis.

Cælo ſereno, & quieto, faſciæ Jovis bene diſcernebantur.

P. Pilgram S. J. tubo 4. ped. Newt.	13	54	5
P. Hell S. J. tubo 4½. ped. Newt.	13	54	49

Die 23 Septembris. Immerſio I. Satellitis.

Cælo nubiloſo & aëre vento agitato, faſciæ vix videbantur hinc aliquantum dubia.

P. Hell S. J. tubo 4½. ped. Satelles adhuc videtur	12	16	12
Superveniunt nubes	12	16	20
Satelles, Jove intra nubeculas verſante non videtur, reliquis Satellitibus diſtincte apparentibus	12	16	40

Die 9. Octobris. Immerſio I. Satellitis.

Cælo vaporoſo, faſciæ Jovis dubie apparebant.

P. Pilgram S. J. tubo 4. ped. Newt.	10	36	50
P. Hell. S. J. tubo 4½. ped. Newt.	16	37	23

Die 16. Octobris. Immersio I. Satellitis

Cælo ſereno.

	H.	M.	S.
P. Pilgram S. J. tubo 4. ped. Newt.	12	32	15

Die 17 Octobris. Immersio III. Satellitis.

Cælo ſereno.

P. Pilgram S. J. tubo 4. ped. Newt.	11	21	16

Ejusdem Emersio.

Cælo ſereno.

P. Pilgram S. J. tubo 4. ped. Newt.	13	19	26

Die 23. Octobris. Immersio I. Satellitis.

Cælo vaporoſo, faſciæ vix diſcernebantur.

P. Pilgram S. J. tubo 4. ped. Newt.	14	27	45
P. Hell S. J. tubo $4\frac{1}{2}$. ped. Newt. non bene diſpoſito	14	27	50

Die 25. Octobris. Immersio I. Satellitis.

Cælo ſereno, ſed Luna vicina Satellitis lumen valde imminuente, faſciæ dubie videbantur.

P. Pilgram S. J. tubo 4. ped. Newt.	8	56	6
P. Hell S. J. tubo $4\frac{1}{2}$. ped. Newt.	8	56	26

Die 8 Novembris. Immersio I. Satellitis.

Cælo vaporoſo, faſciæ Jovis vix diſcernebantur.

P. Hell S. J. tubo $4\frac{1}{2}$. ped. Newt.	12	44	24

Die 13. Novembris. Immersio II. Satellitis.

Cælo ſereno, faſciæ Jovis optime diſcernebantur.

P. Pilgram S. J. 4. ped. Newt.	15	49	49
P. Hell S. J. tubo $4\frac{1}{2}$. ped. Newt.	15	50	10

Die 15. Novembris. Immersio I. Satellitis.

Cælo ſereno, quo faſciæ optime videbantur.

P. Hell S. J. tubo $4\frac{1}{2}$. ped. Newt.	14	37	34

OBSERVATIO

Eclipſeos partialis Lunæ die 17. Martii 1764. in obſervatorio Cæſ. Reg. Univerſitatis Vindobonenſis a P. Hell e S. J.

Obſervatio hæc peracta eſt tempore ſereno, tubo 5. pedum dioptrico inſtructo micrometr. filari, cujus ſemi angulus = 30′. 0″. = 25. revolutionibus cochleæ, una revolutio in centum partes diviſa = 1′. 12″. 3‴. diameter Lunæ dimenſa ante Eclipſim h. 11. 31′. 0. = 34′. 1″. vel 5″. eadem poſt finem Eclipſeos h. 14. 43′. 0. 33′. 36″. inter Phaſim A & B Immerſ. interceſſit culminatio Lunæ, quæ etiam obſervata eſt. Sed quoniam fixæ, in cujus parallelo ☽ verſabatur, culminaverint inter Phaſim Immerſ. I & K, eæque ob campum tubi minorem, tubum haud ingreſſæ, obſervari non poterant, hinc etiam ipſius Lunæ culminationem hinc referendam non putavi.

Immerſiones.	*Tempus verum* h.	′	″	*Emerſiones.*	*Tempus verum* h.	′	″
Initium Eclipſ. dubium ad maculam Vietæ..	11	43	41	Grimaldus emergere incipit..............	13	19	16
Initium certum........		44	56	Grimald. totus ex umbra.		23	36
Umbra ſtringit littora maris humor........		55	1	Inſula ventorum tota emergit............		27	59
Inſula ventorum incipit.	12	18	16	Copern. emerg. incipit.		28	16
Littora maris nectaris incipiunt.............		26	6	Copernicus tot. emerſit.		31	57
Copernic. ingredi incipit.		28	43	Manilius emerg. incipit.		42	3
Copernicus medius....		31	26	Manilius totus ex umbra.		44	46
Copernic. totus in umbra.		33	47	Mare ſerenitatis totum emerſit.............		48	56
Promontorium acutum incipit............		39	34	Mare humor. tot. emergit.		50	1
Terra mannæ tota in umbra...............		43	46	Mare Caſp. emerg. incipit		51	59
Manilius incipit........		44	41	Proclus emergere incipit	14	2	14
Manilius totus.........		48	32	Promontorium acutum totum emergit......		8	17
Menelaus incipit......		50	6	Mare Caſpium totum emergit..............		10	37
Menelaus totus & littora maris ſerenitatis incipiunt..............		52	16	Mare Nectaris totum emerſit..............		20	17
Mare Caſpium incipit..		56	32	Finis dubius Eclipſeos.		30	33
Proclus incipit........		58	55	Finis certus intra Pitiſcum & Schnellium....		30	57
Proclus totus..........	13	0	59				
Videtur eſſe Eclip. max.		9	16				
Totum Mare Caſpium in umbra.............		10	16				

Ejuſdem Eclipſeos partialis ☽ Phaſes obſervatæ, tubo eodem 5 pedum a P. Hell S. J.

Immerſiones.					Emerſiones.				
Tempus verum	Partes micr. diſci ☽ lucid.	Partes diſci lucidi ☽ in min. & Sec.	Partes diſci ☽ obſcur. in m. & Sec.	Partes obſcuratæ Lunæ in digitis & minut.	Tempus verum	Partes micr. diſci ☽ lucid.	Partes diſci lucid. ☽ in min. & Sec.	Partes diſci ☽ obſcur. in m. & Sec.	Partes obſcuratæ Lunæ in digitis & min.
h. ′ ″		M. S.	M. S.	D. M.	h. ′ ″		M. S.	M. S.	D. M.
11.56. 3	2400	28.48	5. 2	1.48. A	12.34. 6	1050	12.36	21.14	7.32. V
59. 3	2250	27. 0	6.50	2.25. B	36.14	1100	13.12	20.38	7.19. T
12. 1. 0	2200	26.24	7.26	2.39. C	38.42	1150	13.48	20. 2	7. 7. S
2.39	2150	25.48	8. 2	2 51. D	41.26	1200	14.24	19.26	6.54. R
4.13	2100	25.12	8.38	3. 4. E	43.56	1250	15. 0	18.50	6.41. Q
5.46	2050	24.36	9.14	3.17. F	48. 8	1350	16.12	17.38	6.15. P
7.16	2000	24. 0	9.50	3.30. G	54.17	1500	18. 0	15.50	5.37. O
8.40	1950	23.24	10.26	3.42. H	55.49	1550	18.36	15.14	5.25. N
10.40	1900	22.48	11. 2	3.55. I	57.22	1600	19.12	14.38	5.12. M
16.31	1700	20.24	13.26	4.46. K	58.53	1650	19.48	14. 2	4.59. L
18.11	1650	19.43	14. 2	4.59. L	14 0.27	1700	20.24	13.26	4.46. K
20. 3	1600	19.12	14.38	5.17. M	7. 0	1900	22.48	11. 2	3.55. I
21.39	1550	18.36	25.14	5.25. N	8.37	1950	23.24	10.26	3.42. H
23.13	1500	28. 0	15.50	5.37. O	10. 7	2000	24. 0	9.50	3.30. G
28.43	1350	16.12	17.30	6.15. P	11.24	2050	24.36	9.14	3.17. F
33 55	1250	15..0	18.50	6.41. Q	12.47	2100	25.12	8.38	3. 4. E
36.10	1200	14.24	19.26	6.54. R	14.17	2150	25.48	8. 2	2.51. D
38.30	1150	13.48	20. 2	7. 7. S	15.52	2200	26.24	7.26	2.39. C
40.50	1100	13.12	20.38	7.19. T	17.12	2250	24. 0	6.50	2.25. B
43.45	1050	12.36	21.14	7.32. V	11. 2	2400	28.48	5. 2	1.48. A

Obſcuratio max. h. 13. 8′ 16″ quantitas obſc. 8 dig. 38′½ vel 40′.

Ejuſdem Eclipſ. a P. Pilgram e S. J. tubo 4 ped. dioptrico macul(arum) quarundam Emerſiones; quin Immerſiones obſervatæ ſint, hoſpitum præſentia fecit.	*Tempus verum*		
	h.	′	″
Immerſio. Mare Caſpium immergi incipit	12	56	22
Emerſiones. Grimaldus incipit emergere		21	6
Hallejus emergit		25	12
Copernicus totus emerſit		31	36
Sinus æſtuum emergere incipit		32	56
Palus nimborum emergere incipit		37	40
Mare vaporum incipit		38	57
Manilius emergit		42	16
Mare nubium emergere incipit		42	26
Tacquetus ex umbra		45	6
Sinus æſtuum totus ex umbra		50	6
Tycho totus emerſit	14	6	7
Terra mannæ ex umbra		9	7

Obſervatio Eclipſeos ☉ die 31 Martii & 1 Aprilis 1764. a P Hell S. J. in obſervat. Cæſ. Reg. Univerſitatis. Tubo 5 pedum dioptrico, inſtructo micrometro filari eodem, quo Eclipſis ☽ obſervata eſt. Tempus ſerenum; initium & finis tubo Newt. 4½ pedum aug. 54. obſervatum eſt.

Immerſiones

Tempus verum Martii 31	Partes lucid. in part. micr.	Partes lucidæ Solis in	Partes Solis obſcuratæ in	Partes Solis' obſcuratæ in
h. ′ ″		′ ″	′ ″	D. M.
22.22. 5	Init.			
53.11	1850	22.12	9.53	3.42. A
54.57	1800	21.36	10.29	3.55. B
56.50	1750	21. 0	11. 5	4. 9. C
58.55	1700	20.24	11.41	4.23. D
23. 0.49	1650	19.48	12.17	4.36. E
2.24	1600	19.12	12.53	4.49. F
4.10	1550	18.36	13.29	5. 2. G
5.57	1500	18. 0	14. 5	5.16. H
8. 5	1450	17.24	14.41	5.29. I
10.16	1400	16.48	15.17	5.43. K
12.17	1350	16.12	15.53	5.56. L
14.19	1300	15.36	16.29	6. 9. M
16.23	1250	15. 0	17. 5	6.23. N
18.20	1200	14.24	17.41	6.36. O
20.37	1150	13 48	18.17	6.49. P
22.42	1100	13.12	18.53	7. 3. Q
24.49	1050	12.36	19.29	7.17. R
26.57	1000	12. 0	20. 5	7.31. S
28.59	950	11.24	20.41	7.44. T
31.20	900	10.48	21.17	7.58. U
33.44	850	10.12	21.53	8.11. *
36.25	800	9.36	22.29	8.25. V
39.31	750	9. 0	23. 5	8.33. *
44.13	700	8.24	23.41	8.51. *
48.53	650	7.48	24.17	9. 4. *
52.45	615	7.33	24.32	9.10.

Emerſiones.

Tempus verum Aprilis 1	Partes lucidæ in part. micr.	Partes Solis lucidæ in	Partes Solis obſcuratæ in	Partes Solis obſcuratæ in
h. ′ ″		′ ″	′ ″	D. M.
0. 7.18	800	9.36	22.29	8.25. V
12.16	900	10.48	21.17	7.58. U
14.42	950	11.24	20.41	7.44. T
16.56	1000	12. 0	20. 5	7.31. S
18.46	1050	12.36	19.29	7.17. R
20.56	1100	13.12	8.53	7. 3. Q
23.15	1150	13.48	18.17	5.49. P
25.28	1200	14.24	17.41	6.36. O
27.35	1250	15. 0	17. 5	6.23. N
29.25	1300	15.36	16.29	6. 9. M
31.28	1350	16.12	15.53	5.56. L
33.26	1400	16.48	15.17	5 43. K
35.28	1450	17.24	14.41	5.29. I
37.28	1500	18. 0	14. 5	5.16. H
39.27	1550	18.36	13.29	5. 2. G
41.26	1600	19.12	12.53	4.49. F
43.24	1650	19.48	12.17	4.36. E
45.22	1700	20.24	11.41	4.23. D
47.18	1750	21. 0	11. 5	4. 9. C
49.13	1800	21.36	10.29	3.55. B
51. 6	1850	22.12	9.53	3.42. A
53. 0	1900	22.48	9.17	3.28. *
1.22.54	Finis	certus		

obſcuratio maxima a me dimenſa reperta fuit 9. dig. 10′ vel 11′. H. 23 51′ 45″.

Sub obſcuratione maxima acceptus eſt meridies Phaſeos maximæ obſcurationis, tam in linea meridiana, quam in quadrante tempore vero.

h. ′ ″ In linea meridiana a me
23.58.55½ cornu occ. in filo merid.
0. 0.49½ cornu orient. in filo eod.
0. 1. 4½ limb. ☉ orient. in eodem
In quadrante meridiano fixo a P. Sajnovics eadem tempora adnotata ſunt.

Ex mora reſpondente huic diei patet cornu occid. fuiſſe terminatum in diametro ⊙ normali ad verticalem.

